Vterum in super concipiendi actione privari accidit à morbo in situ. Quem equidem dupliciter fieri comperimus, ad duobus scilicet diuersis modis quibus vterus à suo situ ac proprio loco per prolapsum discedit. Nam vel laxis, vel ruptis, sectis vel ligamentis, quæ vterum in naturali situ seruant, ipse à proprio loco discedere valet. Quam ob rem, licet coitus tempore redducatur; tamen vtrumque semen suscipere, amplecti, ac continere non potens, à concipiendi actione necessariò aberrat. Cuius sane aberrationis si duo illa supradicta genera reperiuntur; nempe alterum cum potentia ipsa affecta est, alterum ab externo quopiam errore; iam iam ipsa postulabit ratio, ut ubi primum usque ad species minimas diuisum manet, nunc secundi diuisionem prosequamur. Hoc igitur diuisum est suprà in quinque sterilitatis differentiis; quæ originem ducunt, aut à sanguinis foetum alituri peccato, aut à foeminei seminis culpa, aut à paralyfi vteri, aut à præternaturam aliquo in vtero contento, aut ab aliquibus pro catharticis causis. Quarum equidem differentiarum quæ vltorio-

rem diuisionem suscipiunt, nunc diuidendæ veniunt. Igitur à semine duplex primum sterilitas emanat. Aut enim prorsus deficit semen, aut, ubi adest, improlificum inuenitur. Omnino deficit, vel testium defectu, vel viarum per quas emititur occlusione, vel facultatis ipsum generantis impotentia, vel materię ex qua generatur inopia. In foecundum appareret ubi vel in quantitate, vel qualitate peccat. Quæ sanè vitia vel ab ipsis seminarijs vasis, vel à communitate, siue aliorum membrorum, siue totius corporis, semen suscipit. In quantitate autem peccat, quia vel partiùs, vel copiosius sit, quàm vel ob paritatem ad generationem sufficiat, vel ob copiam, proprio calore ab utero foueri valeat. A qualitate verò semen redditur in foecundum, aut quia à debita temperie recedat, aut quia virium alicuius labis perpetuatur, siue ex Gallico morboide eueniat, siue ex putredine; aut quia acrimoniā à mordaci aliquo succo sortitur; aut quia aliqua denique occulta insigniatur qualitate; qualis tū à putredine ob longam retentionem oritur; rùm à vassorū seminaliū abdito vitio. Quod quidem provenire solet, aut ab alicuius venenosi pharmaci, siue intro in corpus suscepti siue foris admoti, usu, (sunt enim non pauca quæ sterilitatem inducere habent, quæ utique deregere minime decet) aut ab interna causa. Quippe ubi semen diutētum venenosam semel contraxerit qualitatem, hac proculdubio vassa ipsum continentia inquinare valent. Semen ergo dū à propria temperie descendit ineptum generationi redditur. Nam frigidum semen (cuius triplex inuenitur causa, frigida scilicet testicu-

De differentijs & caus. steril.

lorum intemperies, diminutus influentis calidi ad testes influxus, ac humoris ex quo semen generatur natura) crudum & improlificum ex se est. A calore enim media coctione generatio perfici debet. Semen verò calidius quàm oportet (sic à testium calido intemperamentò, vel à sanguinis, ex quo conficitur, natura genitum) potius adustioni affine quàm generationi esse aptum, ipse ostendit haud in temperatus calor, quem generatio exigit. Sed humidius semen quàm generatio postulat (tale à testium humida intemperatura, aut à materiæ, ex qua gignitur, proprietate redditum) quia crudum & aquosum sit, tùm cruditatis ratione generationi est ineptum, tùm aquositatis causa pro figura seu delineatione suscipienda insufficiens est. Verum quòd siccus est semē, (quale à testium sicco, nedum calido in temperamento, & à materiæ ex qua gignitur natura produci habet,) quia crassius sit quam oportet; tùm à calore ut ex eo quidquam formetur devinci nequit; tùm & alimentum, pro conceptus nutritione ad uterum adueniens corrumpit, & absumit. Quod si corruptionis vitium, siue à Gallico morbo siue ab alienius putridi humoris consortio, siue à longa in vasis seminarijs, ob nimiam veneris abstinentiam, retentione) semen patiatur, generationis loco corruptionem succrescere inficiabitur nemo. Semen præterea acrimoniam habens, ex eo improlificum esse cuiusvis pate fiet, quòd mordacitate sua ad sui expulsionem uterum irritare sit natum; sicque eiusdem seminis ab utero amplexus fieri minime potest. At mordacitatem semen suscipit, aut à mordaci succo, qui ipsiusmet seminis

gener-

generationi materiam præstauit, aut à vāllorum calore vel excedente vel inferosum semen diu agente. Ab occulta autem qualitate, modo similiter occulto semen improlificum reddi contingit: eo scilicet quo venenata quænis semper vitur qualitas.

Nec dum ex solo feminis peccato, sed à sanguinis etiam culpa, qui foetui gignendo alimentum præstare tenetur, in foeminis sterilitatem produci posse cōperimus. Dupliciter enim consimilis sanguinis causa foeminam infœcundam accidit reddi: aut quia nimis mirum sanguis in quantitate peccat, aut in qualitate. In quantitate quidem peccat aut sui exuberante copia conceptum suffocando; aut parcite sua sufficiens non præbendo alimentum. Quantitate minori quam alendus exigit conceptus, vel vteri, vel huius venarum, vel sui ipsius culpa sanguis ad vterum peruenit. Vteri vitium siue naturale, siue aqualibet post ortum causæ acquisitum sit: vel ipsius densitas est, vel in temperatura, quæ insensiles meatus strictiores reddat alterum quidem durum & exasperatam sequitur superficiem: alterum verò frigidam vteri in temperaturam: de quibus sane vitij actum iam est. Venarum vitium in angustia consistit: quæ vel naturalis est, siue ab ortu obrenta, siue per compressionem in obessis, vel à causa proficiscitur morbosæ: quæ ipsarum venarum obstructio, aut vicinarum partium comprimens tumor existit: Culpa autem sanguinis quæ hunc improlificum reddit in ipsius crassitie, aut parca quantitate consistit. Fit ergo sanguis paucus vel quia non gignitur propter vitium

De differentijs & caus. steril.

tenuem, vel propriæ naturæ causa, ut in ætate senili & in obelisis; vel quia, etiam si generetur, magna tamen quantitate conteritur. Quod equidem fit temperamenti, vel puerilis ætatis ratione, vel propter ægritudines aut, multas exercitationes. Maiori quantitate, quam decet, sanguis conceptui præstatur alendo: quod illius ubertate, vel tenuitate fœmina possit, vel uterutroque venarum apertiora habeat. Qualitatis verò ratione sanguis, qui conceptum est aliturus, generationi officit, vel quia in temperatus ipse sit, vel putredinosus, morbosæque qualitate infectus; cuius ratione prædictæ nutritioni inutilis fiat. Validus enim in sanguine ac nimis excedens calor conceptum potius aduret, quam nutriet. At ubi frigidus ac crudus ad conceptus alitionem pervenit, palam est; non quidem ipsum nutrire ex se habere, sed eiusdem calorem extinguere. Sanguis autem (cuius nomine in præsentia aggregatum intelligimus omnium quatuor humorum) calidus fit eo excessu, quo inutilis generationi reddatur, propter bilis, vel similis naturæ succi redundantis mixtionem. At frigidus & crudus à consortio redditur huius naturæ humoris: pituitæ scilicet & melancholicæ. Nec minus ex sanguine qui ob sui pravitatem nutriendo conceptui est inutilis, sterilitas excitatur. Nam præter id quod semen ex tale sanguine genitum improlificum sit, ubi ipse met conceptui alendo est ineptus, generatio nem fieri impossibile est. Ineptus autem seminis generationi, prave alicuius qualitatæ ratione, sanguis reperitur, vel ob putrefactionis vestigiū; vel alicuius visci humoris consortiū, quale a bile atra, eruginosa, porracea,

porracea, vel vitellina, ipsi sanguini mixtis, euenire potest.

Tertius autem ob errorem extrinsecum vteri concipiendi defectus, eiusdem vteri nervorum resolutio erat. Cuius equidem quincuplex exiit causa; putrà, nervi per transversum sectio: ab eius vlcere callosa cicatrix, compressio: refrigeratio insignis, & obstructio. Vtvero igitur aquacumque harum causatum resolutum (quandoquidem difficiente sensu delectatio quàm seminis exposcit emissio, nedùm virilis seminis attractio ac retentio ad esse in utero nequeunt) sterilitas necessario semine succrescet.

Quarta verò vteri à concipiendi actione erroris extrinseci differentia à præternaturam aliquo in vtero contento (vnde dictum est) provenit. Hoc autem esse potest humor, aut flatus; inter quos etiam ad numerare placet, quæ inter morbos in numero aliqui reponunt, cuiusmodi sunt lumbrici & calculus. Circa flatum tamen in vtero contentum aduertisse oportet, dupliciter ipsum in vteri capacitate inueniri; vno quidè modo ore vteri clausso: Accidit enim eum semen amplecti, ac pro conceptu perficiendo claudi; verum, quia in ipso caloris ad sit defectus, (cuius ratione flatuum generatio semper fit) minime generatio subsequitur: sed huius loco ab utroque semine generatio, nedùm à sanguine ad ementici fœtus alicionem accedente, flatus eleuantur; qui in vtero inclusi tumorem flatuosum hydropis tympanitis per similem efficiunt. Alio vero modo putà citra vteri occlusionem, apertius ibidem existentibus succis continuam in eo flatus generationem fieri

De differentijs caus. Steril.

fieri accidit, & hoc modo flatus in utero cōtētus vērē tamquā extrinsecus error in fœcunditatis est causa. Flatus enim à quo tamquā ab extrinseco errore propriē sterilitas prouenit, vltra instrumētū morbum eam gignere habet. Etenim quando cōsimilis inuenitur morbus, vt tū in prædicta illa flatus generatione contingit, vbi morbus inuenitur in via, tū vbi in eiusdem vteri substantia flatus sit interclusus, tunc certe non a flatu tāquā errore exteriō: sed ab instrumentali morbo in fœcunditas oritur. Humor ergo pariter ac flatus, qui in vtero cōtenti generationē prohibent, & flatus item materia, vel in ipso generantur vtero: quo tempore proprios vteri sequūtur morbos (de quibus actū iam est) vel aliunde ad vterum perueniunt, à toto nimirū corpore, aut aliqua parte se se per ipsum metuterū exonerante, vt in fluxibus muliebribus nuncupatis accidit. Vbi igitur flatus propter diminutum vteri calorem ab humiditate crassa (siue ibidem præexistente siue denuo post seminis amplexum adueniente) generatur in eo: ipsorū impetu susceptū semen foras propellitur. Quod etiam, vteri ore prædistensione, quæ aflatibus fit, aperto, ab ipso decidit vtero, a quo item amplecti, flatus interpositione, nequit, sicque in fœcunditas necessario succrescit. Quæ quidem ab humore etiam in vtero contento prouenit. Nam si calidus is existit humor semen adurit, nedū huius calorem dissipat: quē si frigidus est exstinguit, si humidus suffocat. Quod si siccus sit humor maiori siccitate quā pro delineatione figuraq; suscipienda ipsum exigit semen afficit: simulq; vterum ipsum siccum reddit.

reddir, cuius ratione debito conceptus priuatur alimento, strictis scilicet ob siccitatem vteri, vassorum osculis. Quod si putridus sit talis humor, vel aliqua alia morbola qualitate infectus, semē corrūpit. Præterea lubrici in vtero cōtenti sterilitatē patiunt, eo quod, molestiā vtero inferēdo, seminis retētionem impediunt: ac in super nō modo semen conspurcēt, verū ipsum matricis tunicis (vt tūm mēbranam generet tenuem: tū sanguinē ad conceptus nutritionē atrahat) constanter ad hærere minime sinat. Lapis deniq;, qui in vtero conteneatur, sterilitatis est causa, quia à sua mole vtero infertur molestia, quæ ex pultricē eius virtutē ad seminis expulsionē excitat. His igitur modis quod præter naturam in vtero continetur foeminas steriles efficit.

Super est ergo iam vt vltimam ex adductis sterilitatis differentijs, quæ ab errore sunt extrinseco (si aliquam patitur diuisionem) vltius subdividamus. Erat autem sterilitas hæc quæ à causis pro catharticiis fit. Quarum illæ quæ medijs aliquibus intrinsicis causis infœcunditatē inducunt, ad has reducēdæ veniunt. Foeminā igitur sterilem reddūt ex procatharticiis causis, in primis à coitu motus: foemina enim post viri accessum eleuatio cita, vel ab ipso accessu cursus, aut saltus, aut vehemēs motus, vterū semen proijcere efficiunt, istoq; modo conceptū impediūt. Id ipsum cassus super ventrē, aut fortis percussio operantur. Eiusdē etiā mali causa animi sunt passionēs, quales sunt subitus timor & terror, ac vehemens ira, nec non & ex nimio amore nimis ardens desiderium cuius ratione coniugū alter semē ante tēpus emittat

De differentijs & caus. steril.

aut odium erga virum quod seminis emissionē impedit. At hæc vltimæ causæ relatiuam potius quam simplicem sterilitatem constituunt. Amor enim aut odium respectum dicit ad rem quam quis vel amat vel odio prosequitur. Fit præterea infœcunda foemina ab ambientis natura; quia nimirū vel ambiens frigidus sit, ita vt seminarium calorem in vtero extinguat, aut vterum comprimendo seminis expulsionem excitet. Vel calidus sit qui dissipet aut exurat: vel prauo affectus vitio, qui putredinosa qualitate, nedūm occulta corrumpat; sicut à mala constellatione in corpora influente in aliqua potest euenire regione. Vtus item aliquorum pharmacorum eandem in foemina gignere habent affectionem. Quædam enim à proprietate sterilitatem inducunt; quædam vterum ac semen refrigerando; quædam calfaciendo: nonnulla vteri os emolliendo; alia indurando; alia aperiendo: ac denique alia vterum ipsum ad expellendum irritando. Nec minus à cubandi modo huiusmodi vitium insurgere solet. Nam si aliter quàm supina in viri congressu foemina iaceat, haud probè vtrūque semen ab vtero colligitur, ac subinde, tametsi necessario non accadat, verū conceptionem impedire valet. In super & foeminæ immodicus venererū vsus eandem sterilem reddit, improlifico nimirū semine effecto à caloris inopia, ob nimiam ac frequentem spiritus resolutionem. Pariter etiam à venererum vsu, qui per longa intervalla fiat, (præter quàm quod longa retentione corrumpi potest) semen frigidum ac sub inde improlificum insurgit, resoluatur enim eiusdem calor, longa in seminarijs vasis mo-

ta, sicque frigidem euadit. Inter eius modi etiā causas, eo quod ab extrinseco corpori occurrat, ad numerare libet maleficam illam viam, quæ medijs superstitiosis ceremonijs, quibus sacrilegæ quædam mulierculæ vtuntur, aliquos, tam viros, quam fœminas in fœcundos efficit. Et hæ sunt simplicis sterilitatis omnes differentiæ quæ ex parte fœminæ reperiri habent. A qua quidem alterum ex duobus simplicis in fœcunditatis generibus cōstitui dicebamus.

CAPVT III.

De infœcunditatis differentijs, quæ ex parte viri inueniuntur.

RELIQVVM Verò sterilitatis simplicis genus, quod ex parte viri inueniri est dictum, nunc diuidere restat. Huiusmodi ergo in fœcunditas instrumento, viris in gratiam generationis præstito, proprium munus secundum naturam minimè explente, excitatur. Munus autem quod virile membrum, vt generatio subsequatur, obire debet, hoc proculdubio esse tenetur; semen scilicet prolificum intra fœminæ vterum debito modo eiaculari. At a perfecta istius operis functione virile pudendum aberit, siue prolificum semen deficiat, siue ipsummet pudendum (aut proprio, aut aliunde communicato) aliquo afficiatur vitio, malum id efficere nato. Iam ergo prima virorum sterilitatis diuisio vis

De differentijs & caus. steril.

membris se offert, vbi & a prolifico semini deficiente, & a virilis membri vitio prolis generationem impediri contingat. Quæ verò foecundo deficiente semine sterilitas insurgit, dupliciter adhuc fit. Prorsus enim aut semen ipsum, aut in eo foecunditas deficere accidit. Primum, vel testium priuatione, vel virtutis semen generantis impotentia, (quæ aut testiculorum sequitur intemperies, aut influentis calidi inopiam, quam insigne alicuius membri malum produxerit,) vel materiæ, ex qua semen generatur defectu, (quia scilicet ab ægitudine aliqua, doloribus, ac vigilijs; vel ex inædia, aut nimia euacuatione corpus sit innanitum,) vel viarum, per quas semen ad pudendi originem defertur, occlusionem euenire conspicitur. Secundum a semine vel in quantitate, vel qualitate, peccante originem ducit. Hæc rursus vitia vel ab ipsis seminarijs vasis, vel a communitate siue alicuius membri, siue totius corporis suscipit semen. Quod equidem in quantitate duobus errat modis; nam siue copiose nimis, siue parcè a viris sit effusum (æquè ac infœminis) improlificum manet: admodum enim parcum generationi minime sufficit: nec valde copiosum ab utero foueri valet. Similiter etiam, ac fœmineum, propter qualitatis vitium virile semen in foecundum quadropliciter redditur. Ex eò enim quòd intemperatum sit, vel acrimonia præditum, vel labe aliqua, aut putredine infectum, vel quòd occulta (quæ id efficere valeat) qualitate insigniatur, generationi opportunum esse desinit. Quibus omnibus vitijs virile

tile semen non solum in foecundum redditur, eo
prorsus pacto ac foemineum: sed peculiari suo mo-
do nonnumquam sterilitatem excitare habet: vbi
scilicet eius quantitas nimis est parca, aut frigidam
patitur in temperaturam: à quibus debilis membri
erectio, ac subiende coeundi impotentia insurge-
re solet: quam infœcunditas sequitur.

Viri præterea steriles fiunt à virilismembri vi-
tio, quodequidem aut morbus sit, aut symptoma.
Penis ergo morbus qui infœcunditatem efficere
est natus, aut est in magnitudine, aut in figura, aut
in via. Igitur magnitudo attendi potest, aut penes
longitudinem aut penes latitudinem simul & pro-
funditatem. At hoc utroque modo accepta per sui
imminutionem, augmentum, sterilitatem produ-
cet. Etenim si breue pudendum sit debitum vteri
locum non attingit: semenque idcirco ab ipso vte-
ro haud probè suscipitur. At si debitam longitudi-
nem excedat; id præter quam in longo ad vte-
rum itinere (vt aliquibus placet) ab externi frigo-
ris iniuria viciari valet, debita etiam erectione ex
eò minime gaudebit quòd eadem (vt ex Galeno
deprehendi habet, libr. 19. de vsu part. capit. 2.) fi-
stuloso nervo spiritu tum vitali tum flatuoso referto
fieri desideret: is autem vbi nimis longum virile in-
ueniatur pudendum, insufficiens sit confirmilem lo-
cum eo modo implere. Quod si plus iusto sit cras-
sius, eius delectationis loco, quam foecundus con-
cubitus exposcit: dolorem vtero infert: eum scili-
cet dilacerando, quo fit vt potius ab vtero ipso se-
men expellatur quàm amplectatur. Præter quàm quòd

doloris ratione semen foemina non excernit. Huic accedit, quod uteri os penis crassior adeo aperit, ut ipsum hiare faciat, donec semen procidat: uteri osculo præ dolore se comprimere nequeunte. Nimis autem gracile virile pudendum (præter id quod locum cōcedit ambienti, ut possit ab hoc refrigerari semē) nec leuissime uterum perfricare valet; nec ea ratione eidem voluptatem asserre, ut foeminei seminis excitetur emissio. Quæ aut serius quàm deberet eveniet, aut penitus deficiet: quarū utraq; causa in fœcū dū cōcubitū reddet. Nec minus à colis viciata figura vir in fœcundus inuenitur: eam enim ligamenti infra glandem breuitas ita viciare solet, ut seminis via contorta sit: cuius ratione vir intra foeminæ uterum semen eiaculari nequeat.

Quoddam præterea peculiare virilis membri symptoma penem ipsum ad generationem ineptū reddit. Id autem genitalium ignavia nuncupatur. Quæ quidem est impotentia ad rem veneream exercendam propter debitæ erectionis defectum. Ergo eiusmodi affectus dupliciter fit; aut enim pudendum debite erigi non valet, aut etiam si probe tumescat, ab hac tamen tumefactione, ante quàm coitus perficiatur, desistit: quia nimirum occyus, quàm par sit, semen emittat. Virile membrum valida prorsus egreditur erectione, quolibet eorum nocumentum patiente, quæ ad actus venerici perfectionem necessario concurrunt. Ea autem sunt virtutis robar, instrumentum aptum, & semen: sicque virilis pudendi in debita erectione vitium fieri dicemus, aut propter virtutis defectum, aut propter instrumenti ineptitudinem;

itudinem, aut propter seminis vitium. Virtutis robur
 in pene deficiet, alicuius eorum culpa ex quibus sub
 stantiam virium compleri Galenus lib. 11. metho.
 cap. 3. docet: ea autem sunt spiritus, partes carnosæ,
 & solidæ. Quarum sanè partium quælibet (vt ex eo
 dem constat lib. 9. metho. cap. 13.) si innanitionem
 aut alterationem perpetiatur, virium debilitas insur
 git. Itaq; virile pudendum languet vbi vel partes eius
 carnosæ, ac solidæ, vel spiritusæ (quibus in erectio
 ne constare exigit) innanitionem, aut alterationem
 sunt perpeſſæ. Alterationis nomine Galenus ibidē
 continui solutionē comprehendit dicit: Summi enim
 debet alteratio pro substantiæ mutatione, non mo
 do in qualitatibus illis, quæ immediate inter se con
 trariæ existunt, & se ipsis agunt (quales sunt quatuor
 primæ) sed tū in quantitate, tū in qualitatibus etiā
 alijs, quæ medijs, primis, substantiam certis dispositio
 nibus modificant, vt eo modo alteratio nis nomine
 partium continuitas, mollicies durities, laxitas & ten
 sio includantur. In quibus sanè particularum infirmi
 tas aut infirmitudo consistit. Calem itaq; debilem
 fieri credemus, non modo quando eiusdem musculo
 sa aut nervosa substantia (quæ ob gracilitatem &
 atrophiam innanitione laborare poterit) alteratio
 nem in quatuor primis qualitatibus patitur, sed etiā
 quū in eadem, vel continuitas soluitur, vel debita
 durities, ac tensio amittitur. Innanita etiam muscu
 losa, ac solida virilis pudendi parte, imbecille id ne
 cessario redditur: quod sanè patitur vitium ob graci
 litatem, aut atrophiam (quarum hæc abolita, illa ve
 rō diminuta nutritio existit) vtrāq; ergo triplicem

De differentijs & caus. steril.

fortitur causam: nutriendæ nimirum partis imbecillitatem; viarum, per quas alimentum atrahitur angustiam, & ipsius alimenti vitium. Partis imbecillitas à quouis prouenire valet intemperamēto. Cuius ratione, aut atrahens virtus, vel non atrahit, vel diminutè suo munere fungitur, aut retinens concoquēte, eadem abolitæ, vel diminutæ actionis patiuntur vitia. Poteſt etiam expultricis culpa atrophiam aut gracilitas insurgere: non tamen ab eius diminuta abolita ve actione: sed à deprauata tantum, ipsa scilicet virtute ultra modum expellente. Viarum angustia à tumore, vel obſtructione ortum ducit. At alimentum vitium eius lentor, aut crassitudo, aut exigua quantitas existit. Sed quandò ab alimenti vitio diminuta, aut abolita in pene oritur nutritio, totum etiam corpus atrophiam, gracilitate ve pariter laborabit.

Continui verò solutio (cuius supra adductæ sunt cause) vt penis debitam erectio nem impediatur, effectum digna esse interest: aut validum dolorem inferens.

Proprius autem eundem creat affectum mollis, & laxa pudendi substantia: quæ vel à mollissima totius corporis carnis pinguedineq; vel ab humida ipsius colis intemperie prouenit. Calida etiam intemperantia, et si molle facere ex se non habeat, flatuosos tamen incole ipso resoluendo spiritus coeundi impotentiam excitat. Hanc pariter affectionem frigida intemperantia gignit, cæterum alio modo. Etenim cum spiritus, qui virilis membri tumefactione efficere habent, non modo illi sint qui per arterias à corde demandantur, verum flatuosi, qui in ipso generantur pudendo: horum generationem, illorum

tum verò attractionem (quæ à calore perficitur) frigida intemperies nimis prohibet: in superque de-
mandatum spiritum destruit. Erigida igitur in tem-
peries, similiter & calida pudendi impedit erectio-
nem, media dicti spiritus inanitione. In ipsa enim
spirituosa pudendi parte, non minus quam incerno-
sa, & solida eiusdem colis ad crectionem virium ro-
bur consistit. Inaniri autem spiritum dictum tripli-
citer accidit, aut nimirum ipso in pene non genito;
aut eo, qui per arterias mittitur, non demàdato, aut
etiam si demandetur, destructo. Non generatur in
colo aut debita deficiente materia, aut calore im-
minuto per frigidam (vt dictum est) intemperatu-
ram. Non transmittitur per arterias sufficienter, vel
propter eiusdem spiritus inopiam (cuius causam
cordis & arteriarum præstat affectio) vel propter
nimiam animi distractionem. At licet transmitta-
tur destruitur à frigido & calido (sicut dictum est)
intemperamento. His itaque modis genitalium igna-
via propter virtutis defectum contingit.

Propter instrumenti verò ineptitudinem accidit
quàm pudendū ipsum resolutione aliqua ac paralyfi
afficitur, aut quū à malefica vi tale vitium sortitur.

In super debita pudendi erectio propter seui-
tis vitium deficiet. Quippe à semine, vel sua quanti-
tate gravante, vel calore aut aliqua acrimonia
pudendi radicem mordente pudendum ipsum ad
erectionem irritari accidit. Præterquàm quòd
ad eandem flatuosi spiritus generatio conducit
cui equidem nonnullam materiæ partem semen
præstare valet: unde ubi hoc parcum, vel frigi-

De differentijs & caus. Steril.

Adm inueniatur, debilis erectio membri subsequetur. Verum si colis validè tumeat, ac breuissimè, citæ emissionis causa, ante vsum venereum à tumefactione desistit: id quidem originem ducet, vel ab ardentissimo amore, vel à facultatis retentricis, ob vasorum seminalium laxitatem, vitio, vel ab expellentis culpa; quæ sane virtus ab acri semine molestata, vel à plurimo grauata ad proprium irritetur opus: excreto quæ ante tempus semine, oportuna ad coitum perficiendum erectio deficiet; ac subinde sterilitas insurget.

Accidit præterea virile pudendum prolis generationem impedire ob morbum in via; aut quia hæc, à callo vel super creta carne, ex prægresso vlcere adnatis, arctior sit reddita, quam vt liberè semen intra vterum emitti possit; aut quia à nativitate vitio ad seminis in vterum eiaculatione inepta sit. Canalis enim, qui vrinæ & semini in cole communis existit, clausus à nativitate reperiri solet. Nō quidem quod meatus pro vrinæ expulsionē necessarius prorsus deficiat: sed quod ubi canalis ipse ad glandis extremum protrahi deberet: non sic, sed non longè à pudendi origine terminatur: ibique ad inferiorem partem penè perforato, in reliqua versus glandem colis parte penitus evanescens, orinarium meatum constituit. Quod equidem hoc ipso modo inueniri ter proprijs oculis vidi. Qui sanè affectus, quia intra scemineum vas virum semen emittere nō permittit, eundem sterilem proculdubio reddit. Ex his ergo sterilitates omnes, quæ in maribus reperiri habent (nisi fallor) ad numeratæ manent. Reliquum est, vt duo illa, quæ sunt

per

per sunt sterilitatis genera (compositæ scilicet & relatiuæ) an partiri habeant sequenti capite videamus.

CAPV T III.

De sterilitate composita : ac relatiuarum differentijs.

ETSI Sterilitas tunc propriè dicatur composita, quàm in vno quoque seorsum coniuge ab implicatis causis, quarum perse quælibet sterilem reddere habeat concubium, insurgit: In ipso tamen coniugio composita etiam sterilitas assignanda est: non quidem absolute sic dicta, sed cum addito, composita scilicet coniugij. Coniugum enim vterque simplicem si patiatur sterilitatem, siquidem duæ tunc in coniugio insunt infœcunditates, eius compositam sterilitatem ad esse fateri decet. In quouis tamen ab altero separatim coniuge, quæ implicatæ inueniuntur sterilitatis differentiæ, propriè tales nuncupantur. Quæ quidem quia innumeræ sint, & ei qui simplices omnes infœcunditates probè teneat, difficile non sit eas copulare, necessum non est easdem nunc singularim inquirere, nec dum abs re erit, simili labore super sedere. Restat ergo respectiuam sterilitatem per differentias secare. Cum igitur in fœcunditas hæc ex eò insurgat quòd licet coniuges fœcunditate absolute minime careant; inter se tamen illam non habent congruentiam, qua in aliquibus rebus ad pro-

De differentijs & caus. steril.

lis generationem gaudere desiderant; id circo penes hæc ipsa requisita differentias sortietur. Congruentia ergo dicta (vt supra animaduersum est) potius proportio quædam in aliquibus existit, quàm similitudinis conuenientia; siquidem, vt fecundus fiat concubitus, dissimiles nonnunquàm inter se coniuges esse interest. Nam si eorum alter intemperatus sit, generatio, non subsequetur, nisi contraria temperie præditus alter existat: ad hoc vt eorundem semina, quæ alias (quia ab intemperatis intemperata esse creditur) ex se improlika erant, contrariæ temperiei ratione ad inuicem temperata fecunditate obtineant. Erit itaq; vnū ad generationis requisitū, cōcordia quædā inter coniuges penes ipsam temperiē. Quæ sanè cōcordia, etsi aliquādo discors esse debeat (de qua Ouidius methamor.)

¶ Discors concordia fecibus apta est.

Interdum tamen similitudinem non excludit. Nā licet intemperatos, nisi contraria temperie præditos iunctos, non posse generare dicamus: temperatos tamen similem possidentibus naturam permixtos, fecundos esse nullatenus inficiabimur. Quinimò ipsi adhuc intemperati, qui parū à bonitate recedunt, temperatis copulati generare valent. Nec obstat Galeni locus 5. aphor. 62. qui à Neotherico quodam adducitur, ubi Galenus intemperatos viros ac fœminas nisi contraria temperatura prædictis iunctos minime generare videtur asserere. Galenus enim hac in parte intelligendus venit de intemperatis qui à bona temperatura nimium recedunt; non autem de ijs quæ ab ipsa parum ab sunt. Quòd quidem apertè ellici potest ex ijs quæ eo in loco ab ipso in hunc modum

dum scripta sunt verba. Secundus autem iste (lo-
quitur de Hyppocratis aphorismo,) qui nunc est
nobis propositus: cuius summa est. Quod bene te-
perati viri ad conceptionem sunt idonei; malè autè
temperati, si parùm à bonitate recedunt, difficul-
ter concipiunt; sin nimium mulieres steriles red-
dunt. Vnde ut simul etiam detur intelligi unde vi-
ri sunt steriles, sed hoc multos latet. Qui vero ea
quæ dicta sunt diligentius cōsiderat, primùm qui-
dem sciet, quàm ob causam & quidam viri steriles
sunt. Secundo loco post hoc de viris quidem ac mu-
lieribus bonam habentibus temperaturam, quod
semper generabunt, etiam si cum malam habenti-
bus coeant, de habentibus autem malam tempera-
turam quod cum solis contrariam temperaturam
habentibus coeantes gignent. Haec Galenus.
Qui quidem tres ordines in viris ac feminis tempe-
raturarum proponit. Primus est earum quæ quia nul-
lum quatuor qualitatum manifestum excessum sor-
tiantur, bonæ temperaturæ dicuntur. Secundus ear-
um est temperierum quæ parùm adicta bonitate
recedunt. Tertius verò temperies continet quæ ab ea
quæ bona dicitur nimio recessu distant. Cum igitur
hæc Galenus supposuisset, quando deinceps dicit
quod bonam habentibus temperaturam semper ge-
nerabunt, etiam si cum malam habentibus coeant;
& habentes malam temperaturam solum genera-
re, ubi contrariam obtinentibus permixcentur:
notum equidem est, in his de temperamentis,
quæ nimium à bonitate recedunt, in illis verò, de
ijs temperiebus, quæ parùm ab sunt à bonitate, locum

tum fuisse. Alias enim sibi ipsi, eo ipso in loco contrarius esset, cum dicat temperatis mala temperie præditos copulatos generare; malam autem habentes temperiem nisi cum ijs, qui contraria potiuntur temperatura, coeant, foecundos minime esse. Siquidẽ stare non potest, quod malè temperati solùm gignant, quando contraria temperie præditis iunguntur, simulque & quod male etiam temperati, temperatis copulati generare valeant. Ergo si credibile nullatenus sit, doctissimum Galenum in vna eademque oratione duo inter se contraria vnuquàm proficere: rationi consentaneum erit (præsertim vbi id ipsum immediatè præcedentia patefaciunt verba) eundem prædicto modo intelligendum esse. Nempè quod malam temperaturam habentes, quæ parùm ab unitate recedit, cum benè temperatis coeuntes, generant: obtinentes autem malam temperiem, quæ nimio excessu à bonitate distant, nunquàm generare nisi contraria temperie gaudentibus permiscantur. Recte igitur primum ad generationis requisitum discordem esse diximus inter coniuges in ipsa temperie concordiam. Quæ sane ex eo in eorum totali temperamento exigitur: quod huius ratione vtriusque semen eandem sortiretur conditionem: cum regulariter eueniat à temperatis temperatum, & ab intemperatis intemperatum semen decidere. Quam etiam ob causam in vtriusque coniugis testibus ea ipsa temperamenti proportio in esse interest: vt hac similiter ratione, si generatum semen testium ipsum generantium naturâ lapere tenetur. Inter ipsa quoque semina, eadem quæ inter viriles & foemineos testes

testes temperamenti reperiatur proportio. Quæ quidem adhuc inueniri desiderat, inter virile semen & foeminae uterum. Itaq; temperata præsertim vtriusque seminis quantum ex se est, prolificos coniuges efficit, ubi in eadem dicto iam modo semina conueniant. Est tamen aliud ad generationem requisitum, quod videlicet virilis seminis temperamentum cum uteri temperatura eandem seruet proportionem: cuius sanè requisitione, tametsi dicta vtriusque seminis adsit conuenientia, generatio impediri valet. At totale temperamentum nisi quatenus causa est, quod semen debita temperie præditum generetur, ad prolis generationem minime exposcitur. Quod sanè intelligas vellem in respectiva (de qua modo agimus) sterilitate. In absoluta enim totales temperamenti causa, foemina quæ propter optimam testiculorum temperaturam semen prolificum generauit, in foecundam reddere potest, sanguis foetus aliturus, qui huic muneri utilis minimè existat. Verùm non sola virilis seminis debita cum foemineo semine & utero temperamenti proportio, ad hoc ut foecundus fiat concubitus sufficit: etenim in non nullis etiam alijs coniuges (ut generatio subsequatur) inter se conuenire expetunt. Duo enim in viris & alia quoque in foeminis & præter hæc duo alia vtrique coniugi communia reperiri vidimus; quorum certa quædam congruentia seu proportio inter eosdem coniuges ad generationem requiritur: penes quæ omnia respectiva in foecunditas diuisionem patitur. Sunt autem quæ viris in sunt colicæ & semen: foeminis verò semen etiam & uterus: vtriusque

De signis steril.

que tamen commune amor inter coniuges est, simulque & tempus seminis excretionis. Sed concordia, quam inter quatuor priora prolis generatio expetit, triplici gaudet differentia. Vna enim inter utrumque semen existit, in eorum (ut dictum est) temperatura consistens, secunda inter virile semen & uterum: quæ quidem præter id quod in horum temperamēto (ut nuper dixi) reperibilis sit, inueniri adhuc desiderat in masculini seminis iucunda qualitate, quæ cum uteri sensu ac appetitu congruat. Maris enim semen ut ab utero potius amplectatur quam expellatur, voluptatem afferens, experisquæ omni acri, quæ molestiam inferat, qualitate, esse oportet: ipseque uterus cum semen leuem adhuc acrimoniam sortitur, exquisitissimo sensu præditus esse non debet, ne delectationis loco molestiam à semine suscipiat: ac ipsum ea de causa expellat. At ubi uterus diminuto coeundi appetitu potitur, calidum semen, quod tamē infesta qualitate careat, ut nimiam delectationem afferre habeat, prærequirit.

Tertia item inter coniuges concordie differentia ad generationem necessaria: in proprijs instrumentis ad esse requiritur, in virili nimirum pudendo ac utero. Quæ quidem membra quandam inter se magnitudinis proportionem habere exoptant, ita ut colis crassitudo cum cernicis uteri amplitudine debite conueniat: ac eiusdem colis longitudo cernicis uteri longitudini respondeat. Ne si crassior sit penis quam ut ab utero sine dolore suscipiatur, ad seminis expulsionem irritationē pariat, si gracilior quam ut uterū perfricare valeat, eidem delectationem non afferat;

afferat, si breuior quam ceruicis uteri longitudo ex-
poscit, uteri os verile semen non attingat.

Conuenire præterea mares & foeminae, ad pro-
lis generationem desiderant, in duobus illis quæ eis
ipsis communia existunt: amore scilicet, & seminis
emissionis tempore. Horum primum licet utilissi-
mum ad generandum sit, absolute tamen necessariū
haud semper existit. Circa amorem enim solo ad ve-
nerem appetitu excitatos, quam plurimos coire est cer-
tum, a quibus profectō si alia præter amoris defectū
eodem non comitaretur sterilitatis causa, fere semi-
per conceptum fieri sperabo. Cum hoc tamen ad ge-
nerationem non numquam amor exigitur: vel sal-
tem odij (quod erga coniugem sit) defectus. Nam
foeminae, quæ permiscetur viris quos exosos ha-
bent, rarissime aut nūquam semen excernūt. Quōd
etiam propter amoris defectū aliquibus accidit fo-
eminis: tamen si viros suos odio ipsæ non prosequantur.
Nonnullæ enim foeminae valde diminute salaces cū
sint, semen, nisi nimio amoris desiderio excitatae,
emittere nequeunt. Amore igitur huiusmodi foemi-
nae ad foecunditatem indigebunt. Prærequirit tan-
dem foecunditas concordiam intercoeuntes in tem-
pore etiam seminis emissionis. Etenim hæc ad pro-
lem generandam eodem tempore ab utroq; fieri cō-
iuge debet: aut saltē necesse est foeminei seminis
emissionem prius incipere, statimque ante huius fi-
nem virile semen excerni. Ab his igitur omnibus cō-
cordiæ inter coniuges ad generationem requisitis,
totidem, ubi ipsa deficiunt, respectiua sterilitatis
originem ducunt.

81 *De differentijs & caus. Steril.*

Quibus alia quoque accedit, quam ex maleficiō
ortam haud raro vidimus. Contingit enim ab hac
malebola causa, nonnullos homines cum proprijs
fœminis, à se summè dilectis, coire non posse. Quod
quidem ipsum aliquando ipsis adhuc fœminis accide
re posse non dubito. In quibus sanè sterilitatem hanc
(eo quod eius causa sit ignota) ex congenito vicio,
ac à natiuitate esse ortam, à doctissimis adhuc viris,
in fraudem adductis, iudicari accidit. Quo fit vt si à
simili nec ne sterilitas ortum ducat causa, non
numquam examinare oporteat. Tot
ergo ac tantæ sunt differentiæ &
causæ huius affectionis,
(..?)



GABRI-



GABRIELIS

Ille fonsi Villabraximensis, Excelentissimi Comitis Bena
uentani medici à cubiculo,
de comparanda viri
& foeminæ fecunditate.

LIBELLVS SECVNDVS.

In quo de dignoscendis, & fertilitatibus agitur.

(. . .)



CAP.

CAPVT PRIMVM.

De sterili concubitu discernendo, an culpa
viri vel fœminæ talis insurgat.



STERILEM concubitum
esse ipse ostendit fecundan-
di defectus, verū hic an cul-
pa viri, vel fœminæ, an pro-
pter horum interse ipsos re-
spectuum vitium insurgat,
discerni desiderat, nec non
& quæ nam in quouis coniu-
ge sterilitatis sit causa, vt pro cuiusque natura adhi-
beatur curatio. Sed causæ quæ pro cathartice sunt;
vbi infœcunditatem immediate produciunt, quia ex
se manifestæ ac ebidentes sint, signis opus non ha-
bent. Reliquæ verò ferè omnes sterilitates ipsarum
que causæ, peculiaribus ad sui cognitionem indigēt
notis; de quibus seorsim agendum. Primum tamen
cognoscere interest sterilitatē in genere; an scilicet
culpa viri vel fœminæ sterilitas fiat. Cuius rei non
nullæ probationes ab auctoribus adducuntur. Auic-
cenas enim fecit, 2 l. libr. 3. tractat. 1. capit. 8. sum-
mere iubet granorum fabæ, tritici, ac ordei sin-
gulorum æqualem numerum; eaque in vno vasse
vrinæ alterius coniugis per mixta ponere; & in alio
vasse totidem grana cum alterius coniugis vrinæ
atque quod si post septem dies grana accidat ger-
minare

germinare, coniux cuius illa erat vrina fecundus est iudicandus. Reliquus verò minimè. Similis probatio libr. 3. de med. facile parand. capit. 132. à Galieno adducitur dicente. Lentem in vtriusque vrinam separatim conijce, & vtriusque lens germinabit, ille est filios creans, cuius vero lens non germinat, ille sterilis est. Aliam adducto loco Auicenna adducit probationem dicens: coniugem cuius vrina super lactucam sparsa eam exsiccauerit infecundum existimari. Id ipsum ostendere fertur, maluam aut tenerem aliam plantam, quæ post viri vel foeminæ mictum acrescant. Nec minoris momenti ea est probatio quæ fit vnius coniugis vrina in vno vase, & alterius in alio excepta, & aliquibus fursuribus permixta, etenim post quatuor aut quinque dies vermes generabit vrina illius qui fecundus existit. Ultra has probationes, quibus cognosci aiunt sit ne infœcunditas ob orta huius vel illius coniugis culpa, sunt etiam aliæ (quarum nonnullæ apud Hippocratem reperiuntur,) foeminæ fecunditatem, aut sterilitatem ostendentes. Quinto enim aphorismorum 59. hæc scribit. Si mulier non concipit, scire autem vellis si conceptura est, panis circumtectam de super suffias, & si odor videatur per corpus ire ad nares & os, scito quod ipsa non ex se ipsa sterilis est. Hæc Hippocrates: cuius commentator Iussitum, ex rhure, mirrha, aut stirace, debere fieri inquit. Libro præterea de natura mulier. & 1. de morbis. mulie. & lib. de sterilibus idē medicine parens alia ad eiusdem rei cognitionē affert experimēta.

De differentijs caus. Steril.

Quibus omnibus locis caput alij integrum depur-
gatum ac derafum ad uterum apponere iubet, & pos-
tridie videre an per os oleat; quod si olfecerit, foemi-
nam foecundam censendam esse dicit: sin aliter steri-
lem. Praeterea netopum (hoc est unguentum meto-
pium sic à Galuani mixtione dictum, quia lignum
in quo enascitur Galuanum metopium appellant)
lana exceptum subdi consulit, & postea, manè vide-
re, an quod subditū est similiter per os oleat; si enim
olfecerit, mulierem concipere posse affirmat; steri-
lem verò si talis ab ore non reddatur odor. In super-
lib. de steril. anisum in aqua tenuissime tritum si bi-
bat foemina ac dormiat; postea vero pruritus circa
umbilicum sentiat, eam prolificam esse dicit: sin mi-
nus, infœcundam. Aliæ etiam huius sortis probatio-
nes ab Hyppocrate dictis locis adducuntur, quas ex
eo prætermittimus, quod solis supra dictis vti suffi-
ciat. Siat autem viri steriles nec nē per huiusmodi
probationes cognoscere, opus non est: si quidem per
eas foeminarum sterilitas deprehensa, viros esse aut
non esse in culpatos demonstrat. Præterquàm quod
sat est eorum infœcunditatis differentias: harum-
que causas per signa peculiaria discernere, ut eisdem
debitam curationem adhibere possimus. Quod
sane opus exequi conabor, in initio sumpto à si-
gnis, quibus quævis in foemina sterilitatis
differentia & eius effectrix causa
cognosci habeant.

(. ? .)

CAPIT.

CAPVT II.

*De ſœmina dignoſcenda inſœcunditate,
quæ ab uteri intemperie prouenit.*



FŒMINÆ Inſœcunditatem (quam uteri abolitam ſœcundandi actionē diximus eſſe) in illam primò ſeccauimus, in qua (Galenī modo loquendo) potentia ipſa affecta eſt, & in illam quæ ab externo errore prouenit.

Potentiam rursus lædi protulimus, aut per ſuam ipſius eſſentiā, aut per aliquē instrumentorū morbū. Hoc modo per morbos aut in ſoluta vnitatem, aut in cōpoſitione; illo verò per morbos in intēperie. Quorū quidē qui in calida conſiſtit in tēperatura cognosci habet ex totius corporis caliditate, in uteri regione ardoris ſenſu, muliebrium ſiccitate, mēſium paucitate, cum dolore prodeuntium, ita ut ſœminæ pudenda exulcerent; ſed & quæ prodeunt nigriora ſunt, & propter nimiam acrimoniam (cuius ratione expellens virtus ad expulſionem irritatur) nullum ordinem ſeruant. Hanc intemperantiam inſignis etiam ſalacitas, & corporis extenuatio conſequentur. Quod ſi uterus à natiuitate calidam ſortitur intemperiem, valde hirsuta cito quæ ſœmina

F ſit,

De signis steril.

fit, naturalis etiam constitutio viraginis, animositas, vox crassa, & pilli, adhuc supercillorum, nigri ad sunt.

Frigidam verò vteri intemperantiam ostendunt, veneris imminuta apetentia; stupidus sensus circa pectinem, lumbos, & crura: quorum motus fegnis ea de causa & piger est, menstrua suppræssa, aut pauca & aquosa præ vteri enim crassitudine commodè non deffertur, nisi quod tenue & aquosum est. At si natium tale sit intemperamentum, à viraginis constitutione, natia animositate, voce crassa & pillorum nigredine, foemina ab est: non tamen à pillorum in pectine paucitate, actarda eiusdem pectinis hirsutie.

Siccam præterea intemperaturam si patiatur vterus, depræhendi habet ex crassis exiguisq; menstruis: corporis extenuatione ac siccitate. Quam à natiuitate esse ortam demonstrant gracilis corporis habitus, ac eius siccitas.

Verùm humidum vteri intemperamentum ostendunt menstrua copiosa, & ichore plena, nimia ipsius vteri humiditas ac lubricitas, (ita vt susceptum semen docente Hyppocrate, libro primo de morbis mulier. intra tertium diem procidat,) & humiditas in coitu; nedùm lentum virus frequenter stillans venerisque imminuta apetentia. Quod sane in temperamentum à natiuitate foeminas obtinere monstrat, tum habitus corporis molliis & pinguis; tum sub albidus foeminæ color. Compositas verò intemperantias ex simplicium inditijs quisq; facile depræhendet, quo fit vt alijs ipsæ

ipsæ ad sui cognitionem non egeant signis. Ad reliquas ergo dignoscendas sterilitates, in quibus uteri concipiendi potentia per morbum aliquem instrumentorum læditur deueniendum est.

CAPUT III.

De signis femineæ sterilitatis à morbo uteri in soluta continuitate orta.



UTERI Fœcundandi actio per aliquem instrumentorum morbum qui vel instrumentarijs & similaribus partibus sit communis, vel instrumentarijs partibus proprius, (ut diximus) læditur. Horum primus, (qui morbus est in soluta unitate & causas habet sectionem, ruptionem, contusionem, & erosionem) cognoscitur tum ex causis prægressis; tum ex dolore: sanguine etiam, sanie aut pure instillantibus. Huiusmodi morbi internæ causæ si à præcedente præstantur partu (propter fœtus scilicet corruptionem aut extractionem) ex se notissimæ sunt. At si alicuius uteri abscessus ruptio ulcus efficiat: & à præcedentibus ipsiusmet abscessus signis: & à causa quæ in eodẽ cõtinebatur, ab utero proiecta;

De signis Steril.

facile demonstratur. Si verò interna ulterius cau-
sa humoralis sit (dicente Galeno lib. 4. metho. cap.
4.) inueniemus equidem, tum ex ipsius ulceris sym-
ptomatis, tum ex noctis quas totum corpus præ-
fert, cuius maxime generis sit, qui redun-
dat succus. Etenim si is sola sit quantitate offen-
dens ab ipsius met plenitudinis, distensionem ef-
ficientis, signis deprehendi habet. Plenitudinem
quidem ostendunt, tensionis sensus, corporis gra-
uitas, venarum turgor ruborem habes, & ad motum
segnities, secretis tamen cunctis recentibus morio-
nibus, & calfacientibus causis. Cause etiam ad ple-
nitudinis congestionem habiles, eam ipsam signi-
ficare possunt, quales sunt excretionum suppræ-
ssiones, iners vita, copiosior alentiorque cibus, & a
cibo ingesto balneorum usus. His accedunt bo-
na temperatura, superficiiei corporis naturalis den-
sitas, & ambientis natura, regionis scilicet & anni
temporis, quæ aut frigida aut bene temperata sint.
At humoris acris toto corpore redūdantis (a quo
vnitas in utero sit soluta) eiusdem effectus dignotio-
nem præstant. Etenim sibiliosus redundans sit hu-
mor, palidam foeminam reddit, sitibundam, cibi fa-
stidio, oris amaritine & vigilijs vexatam. Si salus
sit, vel alba, vel de color erit mulier, sitietque, ac vi-
gilabit. Si vero melancholicus sit, per adustionem
mordacitatem obtinens, dominantis melancholie
(quæ inferius adducentur) aderunt signa: quæ ta-
men excedentem causæ caliditatem monstrent.
Præterea ab ipsius morbi symptomatis, solute vte-
ricæ incontinuitatis, humoralis ostenditur causa. Hec
enim

enim si sanguis sit plenitudine distēdens, atq; hoc modo in uteri vasis continuum soluat, ab ipso (quē excitabit) sanguinis fluxu facillē habet deprehendi: quem lumborum & immi ventris dolores tenui præcefferint. Si bilis exedens existat, acceruisimus cum ardore dolor uterum punget, idq; quod ab utero fluit tenue erit & mordax, ac plerumque colore cruentum: interdum verò vitellinē porra: ceg aut æruginosē bili persimile. Si autem pituita falsa uterum exedat, infesto hæc vexatur pruritu, & nullum ab ipso aut exiguum emanat excrementum: istudq; cum parco sanguine acrimonia & foetore. Ab atra verē corrodeute bile, vlcus perniciosum, ac cancerosum fiet, cuius excreta vini foccis speciē referent. Ostenditur in super qualis sit humor vlcus efficiens ab ipsius vlceris colore. Quem equidē chirurgus in profundo vlcere prospicere valet, si dioptra instrumento (speculo scilicet matricis) vtatur. Eius enim vsus, vbi in ipsa matricis ceruice iuxta pendendū vlcus non fit, ad huius curationē sepissimē necessarius utiq; est. Medio itaq; eo ipso instrumento, vlceris colore perspecto, ab eo equidem succum uterū vlcerantem eo deprehēdemus modo quemadmodum Galenus lib. 6. de comp. med. secū. loc. cap. vii. humores a quibus aphthę (id est vlcera quę inueniuntur in ore) fiunt, cognoscere iubet. Vnde rubicūdiora vlcera sanguinem, flauiora amaram bilem, albescentia pituitam, & libescentia nigrescentiaque atrabilem præualere monstrabūt. Deinde per dioptrē etiam vsus cognoscivalet an cum vlcere ipso tumor, vel callus, vel a-

De signis steril.

liquid inter cōglutinandas oras interiectum copu-
le. Sed à Gallica affectione vlcus prouenire
eiusde affectus propria signa monstrabunt. Quòd
si vlceris causa ab aliqua peculiari prestatu parti-
cula: ab eiusdem proprijs symptomatis ostenditur.
Non modo causas expendere vlcerū effectrices, sed
ipsa quoq; vlcera spectare oportet, an scilicet pura,
sordida, virulenta, depascētia, cancerosa, callosa, cū
carnis super crescentia, tumore vel intemperie cō-
iuncta, existant. Mundo igitur existente vlcere, exi-
guū leue & equale, crassum, albicans cum facilita-
te quadam promanat. A sordido verò pus multū
crassum & graue olens emittitur. A virulento sa-
nies, quidem multa, sed sine foetore, & aliquandò
cum eo, vbi scilicet alicui alteri vlcerū generi idē
virulentum cōplicatur. At depascēs ex excreti aug-
mento indies factò deprehendi habet. Quòd si ab
erodentibus id fiat humoribus, tūc à mordaci ipsa
causa, per adducta iam signa deprehēsa, tūc ex in-
genti dolore & sanioso excreto cognosci valet.
Sed vbi per partes sanas ob putridarum contactum
vlcus serpat, terribili odoris, ac putridū est quod
ab vtero fluit. Cancerosum vlcus ostendunt, do-
lores precedentes, & durus ac scirrhus in utero tu-
mor, saniesq; tenuis, aquosa, nigra, aut livida, graui-
ter olens ab vtero profluens, & cum ijs vteri etiam
inflammati signa. Vlceris calli & carnis super-
crescentiæ, nisi conspicuum sit vlcus per dioptram
tantum instrumentum cognosci habent. Sed in-
temperierum cum vltere implexarum, ultra ad-
ducta iam vteri intemperatarum signa, nonnulla
etiam

etiam ab excretis desumere possumus. In calida enim saniosa calida & male olentia, in frigida aut tenuia & alba, aut pituitosa. In humida multa, saniosa ac citra foetorem. Et in sicca nulla aut exigua apparent excrementa. In ulcere verò tumorem ostendent, quæ eius inferius adducentur signa. At hæmorrhoides (quas inter morbos in soluta unitate an numerare placuit) solo visu depræhendi habent: in cuius rei gratiam ubi longe à pudendo existunt dioptra utemur instrumento. Hæmorrhoides cum Actio serm. 14. capit. 5. apello. eas tantum ex crescentias, quæ vasis quibusdam apertis, & temporis progressu callosioribus factis insurgunt: reliquas verò, (scilicet & thymos) ad verrucarum genus rejiciendas esse opinor. Sed à quo hæmorrhoides proveniant humore proprijs signis depræhendere expedit. Quæ quidem summi debent, tum ex notis quæ exuperantis in corpore succi naturam ostendunt (de quibus inferius agendum): tum, ubi sanguinem fundunt, exfluentis sanguinis cōdictio- ne (quæ item signa inferius quoque tradidentur) tum etiam ex earum colore. Nam quum à puro ortum ducunt sanguine, rubræ: à melancholico nigræ à seroso pituitoso ve, sub albidæ apparent. Abilioso verò hæmorrhoides cecæ nunquam excitantur. Dum autem sanguinem fundunt: hunc per dyapedesim fluere serosumque esse, ex ipso: met sanguine ostenditur, aquoso excreto, ac simul ex lésione quæ astringentium usum (tam ore assumptorum quàm extrinsecus appositorum) continuo subsequatur: nec nō & exfluendi modo qui gu-

tatim fiat. Per dyæresim fluere credemus ubi cum mordicationis sensu, ac interdum saniei alicui ad mixtus portioni sanguis excernitur. At quæ nihil tale accidit, excretusque sanguis floridus apparet, per anostomolim ipsum effundi intelligemus.

C A P V T I I I I.

*De cognoscenda scemina infacunditate,
quàm vteri morbus in conformatione
gignit.*



MORBVS Instrumētarijs partibus proprius, in compositione dictus, ijs ad sui cognitionem eget signis quibus quælibet eiusdem dignoscatur differētia. Quorum equidem vnā constituere diximus morbos in numero: atque horum naturæ esse quæ vtero ad nascuntur, nimpheam scilicet, caudam berrucæ & condylomata. Quæ quidem solo visu depræhendi desiderant: ita ut ubi berrucæ & condylomata oculis minime patent dioptra instrumento uti expediat.

Vteri verò indiminuta magnitudine morbum qui fecunditati officiat cervicis vteri angustia quæ virile pudendum capere nequeat, facile monstrat. At si vteri magnitudinis vitium, non quidem intus instrumenti capacitatem, sed in ipsius vteri tuni-

crassitudine aut tenuitate consistat; ubi crassitudinis causa, densior eadem tunica ac spissior sit, quam ut sanguis ad conceptus alitionem sufficienti quantitate permeare valeat; præter id quod vel menstrua suppræssa, vel pauca & aquosa inueniuntur; probatione illa cognosci valet superius ex Hypocrate allata, 5 aph. 59. qua Hypocrates præcipit sceminam pannis circumtectam de super suffire, postea que videre an odor per corpus ad nares, & os perueniat; si enim hoc minime evenit densos uteros esse significatur: ea que de causa quantitate minori debita, sanguinem pro conceptus nutritione intra uteri capacitatem permeare. Si tamen gracilitatis causa uterus ratiorem substantiam ac vasorum oscula apertiora habeat quam nutriendus conceptus, ne sanguinis affluentia suffocetur, exigit: tunc quidem & menses copiose fluent: & ubi dicta fiat probatio suffimenti odor ad os & nares facile veniet.

Verum morbus in matricis conformatione sterilitatem pariens, si in superficie, siue lenigata siue exasperata sit: eis ipsis cognosci habet notis, quibus humidas & siccas uteri intemperantias discerni diximus. Humidæ enim intemperiei signa lenigata, signa vero sicci in temperamenti superficiem exasperatam ostendunt. Quibus si contactus digiti fides accedat, haud obscura similis erit dignotio.

Quod si morbus in uteri confirmatione in eius figura consistat; cum hæc quatenus causa est morbi in via, quæ semen suscipere non permittit, in fecunditatem creet, eadem profecto obtinebit indi-



De signis Steril.

ria quæ morbum, in ocellusa via commonstrant.
Quæ sane siue ex vteri vitiosa figura (anensione sci-
cet, ac distorsione læssa) siue à tumore, siue à ca-
llo, siue ex adnata aliqua iuxta pudendum mem-
brana, siue ab harum partium post vlceris sanatio-
nem coalitu, siue ex comprimente pinguedine oc-
lusa sit: dignotionem suscipit ex digiti contactu
duritiem percipientis, ex cōtinua post coitum ab
vtero seminis reiectione, ac ex non fluentibus men-
sibus. Hi tamen vbi uterus parum distortus & re-
eens conclusus fuerit, prodeunt quidem auctore
Hippocrate lib. de sterilib. violēter & paulatim per
multos dies: secus ac in maiori distorsione & quæ
diuturnior existit. Quam item obstetricis duritiē
percipientis relatio nobis fidissime ostendit. Sed
nec obstetrix vbi digitis utrūrum contingat, eiustā-
tū distorsionem cognoscere valet: sed partem
adhuc ad quam allaptus fiat. Quæ quidem indicari
pariter potest à dolore eius aqua retraitsur particu-
lę. Hęc enim egra proculdubio existit, cum graui-
tateq; dolet, ac etiam in læsse partis coxam dolor
trāsit, & crus, quod ē regione est, per incessum clau-
dicat: vrina nonnunquam supprimitur, non num-
quam difficile redditur. Si vero retro aut infra vte-
rus inclinatus, & que sequuntur inditijs tetrab. 4. serm.
4. cap. 77. Aetius cognoscere docet hæc scribēs. „
Torpor ac difficilis vtriusq; cruris motus sequi-
tur, sæpe etiā motus penitus intercipitur, & ingēs „
vexat dolor, albus etiā supprimitur, neq; clisthe- „
rē ad mittit, nisi genibus innitatur ægra. Flatus „
intē retinentur, & dolores inter sedendū acutūtur, „
præfer-

preſertim ſi verſus anum reclinatio cōtingerit. At ſi ad pubem vergit, immus venter ac pectus extenditur, & dolores ibidem percipiuntur. Aliquando autē vrina ſupprimitur. Plicari autem ac contrahi matricem dignoſcimus (docente Hippocrate lib. de natur. mulie. & lib. 2. de morb. mulie.) ex eo quod obſtetrici duritiem minimē percipit, ſed ſi digito cōtingat & os requirat, non eſt manifeſtum: menſes tunc aut non prodeunt aut pauci prauī ac dolorifici exiſtunt: dolor immum ventrē tenet, ac lumbos, & vbi cum viro coit ſcēmina dolet. Vterum verò à redundantē ſanguine contrahi aut quomodolibet torqueri, ex ſupradictis plenitudinis ſignis, & menſium ſupreſſione cognoscere poſſumus: Attumoris retractionem efficiētis ipſe tactus eſt iudex. Sed ſqualidæ vteri duriti ei quæ retrahit, vltra dignotionem quæ per tactum fit (à quo & dura, & dolens inuenitur pars ad quam fit allapſus) alia etiā indiſtia petenda veniunt à ſuperioribus: vbi ſiccæ intemperici ſigna traddita ſunt. Ad frigidæ etiā vteri intemperaturæ ſigna recurrat, qui frigiditatem vterum reclinare cogentem cognoscere cupiat. Quām proculdubio venari ex præcedentibus refrigerantibus cauſis cuiuslibet licebit. Reliquas autem vteri occluſiones (quibus, cum ijs quæ auerſione ac diſtortione inſurgunt communia eſſe diximus tria ſupradicta ſigna) ſpecialius nunc cognoscamus oportet. Erant autem adducta ſigna continua poſt viri congreſſum ab vtero ſeminis reiectione, digiti contactus duritiem percipientis

pientis, ac menses non fluentes. Cum hoc tamen ubi ad nascens membrana vteri osculum occludat, non modo duricies obstetricis effugiet tactum, verum & menses secundum naturam fluent: Hippocrate teste lib. de nat. mulier. Per venas enim quæ vteri cervici inseruntur, huiusmodi fieri potest euacuatio. At quando, non quidem in ipso vteri ore, sed prope pudendum enata exilit membrana, menses fluere nequeunt, nisi raritas eiusq; membranæ teneritas eorum expulsionem cædat. Non enim per obturantem membranâ carnosam & crassam menstruum percolari sanguinem possibile apparet.

Veteri verò occlusio quæ, ob ulcerationem prægressam, a labiorum coalitu, aut à supercreta carne provenit, ex ipso præcedente ulcere, facta in interrogatione, dignoscitur. Sed intercludens caro a partium coalitu sacerni habet, quod in hoc aliquam duritiem, in illa verò nullam, obstetricis iudicat tactus. Qui quidem tumorem etiam, ubi is obturationem efficit, manifestè percipit. Qualis autem is sit an videlicet scirrhusus, an œdematosus, an inflammatio, à notis etiam alijs accipere expedit. Inflammationem ergo ostendunt, non modò tumor, sed dolor, ardor, & tensio inter pubem & umbilicum, atq; ingens febris: quam occipitis & oculorum radicum dolor frequenter committatur, nedum delirium, propter magnum quod cū cerebro vteri os habet commercium. Præterea difficilis speratio invenitur, septo transverso propter colligantiam in consensum tracto: & si digitus (dicente: Actio sermone ult. cap. 83.) in os vteri submittatur:

mittatur occurrat ad contactū durum clausum feruens ac retractū; præsertim si in ipso aut in collo sue rit inflammatio. Quæ dū in anteriori adest parte vrine difficultas aut stillicidiū ob compræssam vesicā consequitur; ac dolor circa pectinem affligit, si in posteriori iuxta lūbos dolor excruciat supprimuntur fæces & hæc excretæ canini stercoris speciem referunt. Si in aliquo vteri latere insit tumor eius partis dolor inguinis tēsis & cruris imbecillitas, stupor refrigeratio claudicatioq; comparent.

Scirrhusus verò tumor (à quo nō secus ac ab inflammatione, media retractione, nedū obstructione, vteri oclusio provenire solet) eadē prorsus vbi exquisitus sit scirrhus, quā vbi illegitimus, minime sortitur inditia. Nam licet in vtroq; cum gravitate, & pigro motu non solum crurum, sed totius corporis, tumor durus ac renitens tactui occurrat, ad sitq; segnities ad omnes vitæ functiones, & vbi inueteratur affectio, iecore in consensum tracto, edemathosus propter chachexiā succedat tumor: in legitimo tamen hoc in est proprium, quod sine dolore sit. Ad quem equidē illegitimus sociū se semper adiungit. Huius tamen ultra mediocritatē dolere necessum est: scleroma enim (quod scyrrhosus est tumor circa voluæ cervicē magna ex parte consistens) teste Paulo lib. 3. cap. 68. mediocri tantum gaudet dolore. Scyrrhosi in super tumoris naturam ostendere habent propria humoris in corpore exuperantis signa. Ea enim quæ melancholi ū succum redundare commostrant legitimum esse scyrrhum promittunt, sicut illegitimum quæ cras-

De signis Steril.

sum glutinosumque puitosum humorem corpore affluere ostendunt. Ac locum affectum quemadmodum in inflammatione discernes.

Tumorem autem adematossimum quem Aetius sermone ultimo capit. 81. laxum vocat) ipse quidem pallorem ac albedinem habere dicit: esse ad tactum mollem, digitorum compræssioni cædentem, seque rursus paulatim attolentem. Ad hæc si ventris cutis manu apræhenditur facile atrahitur.

Quod si exsiccitate callosa uteri os occludatur non tantum durum sed Hyppocrate teste, lib. 2. de morb. mulie. etiam asperum tangenti obstetrici apparebit: ac velut lapis illic esse videbitur. Compræssus verò tumor nobis etiam tangentibus patet. Quod si à pinguedine compræssio fiat: ex crasso ac pingui corporis habitu, reliquarum causarum absentibus notis, deprehenditur. Potest tamè ultra totius corporis admodum pingue mcrassumque habitum, omentum adeo esse adiposum, ut sui compræssione, seminis in utero receptionem impediatur. Quòd equidem dignosci valet, ex ventris ultra mensuram descensione, respirationis, dum foemina mouetur, frequentia: & cuiuslibet flatus, aut excrementi in ventre retenti, facilitate læsionis.

Sed uteri nimis patentem viam, quæ conceptionem vetet, siue ab humiditate, uteri superficiem lubricante, siue à debilitate retentricis (quæ humiditas sequitur intemperantias) fiat: ea ipsa indicant signa, quæ humidam intemperaturam demonstrant. Quod si à nimio expultricis virtutis motu, uterum hiare accidar, vel acris aderit ad ipsum

confluxus: vel putris sanguis, aut quodvis aliud corruptum in ipso continebitur. Horum cognitionem præstant virulentæ, ac putridæ humiditates, ab utero manantes, ipsius uteri, & capitis dolor, oris fœtor & ciborum inapetentia. Expellentem verò facultatem ab acri succo irritari cognoscemus: ex signis superius adductis, quæ mordacis succi, uteri continuitatem soluentis, exuperantiam ostendunt. Os præterea matricis, cuius durities non permittit clausuram: ex duritie ipsa simulque & asperitate, obstetricis tactu perceptis, depræhenditur. Cuius causa si indurans ac densans frigus existit, ex frigida in temperantiæ signis: si exiccans calor, ex calidæ dignoscitur notis: si ob ductum à cicatrice callum, id efficiat, ex præcedenti ulcere pate fier.

Morbus autem in matricis situ (per eius scilicet prolapsum) ex se notissimus est: eius tamen causarum dignotio aliquorum signorum observatione æget. Vbi igitur propter ruptionem fit vinculorem; quæ eandem innaturali situ servant: ex prægressis causis (quas uteri proclivencia continuo subsequatur) depræhendi habet. Putà terrore, saltatione, cursu, ac exercitio, laboriosis: difficili quoque partu, & vehementi ira. Eorundem vero vinculorum putredinem effluens putris, & virulentus indicat sanguis. Sed quum ligamenta pituitoso succo laxata sunt; vterus indolenter excidit: victus & vitæ ratio, ad similem congerendum humorem habilis, præcessit: & pudendum ipsum.

sum madidum valde semper reperitur; veneremur
que minus appetunt feminæ.

CAP. V. T. V.

*De dignotione sterilitatis à fœminei se-
minis vitio proficiscentis.*



ELIQUVM Fœminæ
sterilitatis membrum, quod
propter externum errorem,
vtero à concipiendi actione
ab errâte insurgere diximus
(vt omnium quæ ex parte fœ-
minæ infœcunditatis inue-
niuntur differētiarū digno-
tionem traddamus) per signa ostendere superest.
Erant autem ortæ eiusmodi erroris differentiæ à
seminis vel sanguinis culpa, vel ab vteri per consen-
sum affectu, nempe paralyfi; vel ab aliquo præter-
naturam in vtero contento; vel ab aliquibus proca-
tharticis causis. Semē in super peccare dicebamus;
quia vel penitus deficeret; vel infœcundum esset.
Igitur seminis defectum ad esse creditur, vbi eius
emissio (vijs minime impeditis) nunquā appa-
ruit. Quod equidem si ex nativo vitio, quod testium
priuationem sequatur, ortum ducat; non modo ex
semine nunquā emissio deprehendi habet; sed ex
totius corporis frigidityte (altera scilicet caloris na-
turi origine priuati) venis minime latis, pulsibus
imbeci;

imbēcillibus & paruis, alarum & pectinis glabritie: nulla venereorum à petentia; voce nimis acuta: & corporis habitu admodum molli. Si verò à facultate semen generantis impotentia, ob testiculorum intellē frigidam intemperiem, seminis defectus proueniat: ex lumborum ac foemorum frigiditate, ac stupido sensu: & ex crurum segni & pigro motu, nullaque venereorum cupiditate ostenditur. Qua sane appetentia tametsi in morbosa causa, foemina orbat, ante morbi tamē inuasionem interdum foemina potita fuit. Verum cum à natiuitate tale prouenit vitium intemperaturæ, veneris dictus appetitus nunquā fuit repertus. Quo casu pudendæ partes & alæ parū hispidae sunt. At si propter intensam testium siccitatem, generatio seminis amissa sit: veneris etiam in appetentia aderit, non tamen dicta lumborum frigiditas: corpus in super extenuatum, siccumque inuenietur. Sed cum eiusdem virtutis, quæ semen generat, actio ob influentis calidi in opiam pereat: ubi hæc à cordis & arteriarum oriatur affectibus, per ea, quæ hos commostrant, signa patefit: ubi verò ab alicuius momentanei membri insigne malo, cordis calorem imbecillem reddente insurgat: à proprijs etiam cuiuslibet horum morborum notis agnoscitur. Verum seminis defectus à materiæ, ex qua ipsum gignitur semen, indigentia ortum ducens, ex præcedentibus, presentibusvè doloribus, vigilijs, nimia euacuacione, aut inedia, fit notus. Quum verò semen, (quod non excernatur,) deficere videtur. Idque ex eo prouenit, quod varicosus paraitates, per quem ex-

De signis steril.

cerni deberet, oculus sit, cognosci valet non modo ex absentibus frigidae & siccae intemperierum signis: eis quoque ipsis, quae testium priuatione demonstrant, nedum & affectionum quae spiritus & sanguinis inanitionem efficiunt: verum ex nimio appetitu ad venereum, à cuius usu totum corpus valde calet, tamen deinceps, semine interdum ob retentione corrupto, frigidum conspiciatur. Vnde uteri suffocationes foeminis succrescunt. Quae capitis etiam gravitate molestantur, cibos fastidiunt, torpidae pigraeque fiunt, nec non &, ubi frequenter coeunt, iuxta lumbos coxas & iliadolores sentiunt. A magna equidem seminis quantitate in testibus, & seminaris vas tensionem efficiente.

Si autem semen non quidem deficiat, sed quantitate aut qualitate peccans in foecundum reddatur: ubi eius quantitas minor sit quam ad generationem sufficiat, ex nimia temporis in excernendo semine breuitate (quam brevissima delectationis duratio monstrat) depraeheri valet. Et ubi foeminei seminis emissio virilis eiaculationem preuenit, pudendas foemine partes minimam humiditatem ipse percipit vir. At quod vel ab imminuta, ex qua semen generatur, materia, vel à facultatis, ipsum generantis, impotentia, minori quantitate, quam foecunditas exigit, semen gignitur: ex dictis iam signis, quae easdem indicant causas, dum ipsarum ratione semen penitus deficiat) facile dignoscitur: ubi scilicet ipsae causae non adeo sint auctae ut penitus semen non fiat. Sed quum semen praenimia sui quantitate, ab uteri calore, ut conceptus fiat, foerinequit: praemissa longa in emittendo semine mor-

ta, cognosci equidē debet: tūm ex ijs quæ vberiorē materiā quam oportet ad seminis productionē sup-
 peditare habent: qualia sunt optima valetudo, vi-
 gens etas, & sanguinis copia, (quam victus & vitæ
 ratio facile monstrat) tū ex notis calidæ & humidæ
 testium intemperaturæ. Quibus si accedat ex ni-
 mio amore nimis ardens desiderii, seminis præter
 modum excreti, adeo magnam esse quantitatē, vt
 fecunditati officiat, certius credemus. Calidum au-
 tem & humidum testium intemperamentum obti-
 nent illæ, quæ non solum minori in commodo ve-
 nereis præter modum indulgent, verum non sine
 detrimento ab eisdem se abstinēt.

Quando verò improlificū qualitate peccans se-
 men inuenitur, si propter frigidum in tēperamen-
 tum, quod à testium frigiditate nascatur, id eueniat
 ex allatis frigidæ testium in temperiei signis no-
 tum fiet: si à diminuto influentis calidi ad testes in-
 fluxu originem ducat, ab ijs ostendetur inditijs,
 quæ illas nobis indicant affectiones, quarum ratio-
 ne (siue proprię ipsę sint, siue ab alijs partibus com-
 municatæ) cordis calor imbecillis redditur. At si à
 sanguine, ex quo semen conficitur, id proueniat
 frigidum intemperamentum: eo quod frigidus sit
 & crudus: hunc toto corpore, ob pituitę, vel cōsimi-
 lis succivbertatē, reducere cognosces: tū expregres-
 sis causis: quibus talis cōgeritur humor (quæ sunt
 otiosa vita; cibi frigidi & humidi, crassi, lēti cōcoctus
 difficiles, immodicus aquę potus, à quo sepē natius
 obtūditur calor, & omnes refrigerantes, achumecta-
 tes cause) tū ex actionū omniū ineptitudine. Qui

De signis Steril.

enim crudus & frigidus redundat succus, foeminas reddere habet in omnibus actionibus lentas, torpidas ac segnes, ad motum tardas, pronas ad somnum, in sensu stupidas, & memoria labiles, excrementis multis, ac pituitosis plenas, veneremque necdū mediocriter appetētes. A melancholico vero sanguine frigidum, ac subinde infœcundum generationi semen ea ostendunt signa, quæ eiusmodi succum in corpore redundare demonstrant: sed hæc inferius inuenies ubi de dignoscenda sanguinis crassitie, ab exuberantis melancholię consortio proveniente, agamus.

Fol. 35. &
36.

At quando semini, quia sit calore in temperatum, infœcunditas aduenit, ad venerem nō parū proclives foeminae fiunt, semen inter emittendum (vt ex Galeno constat, lib. 6. de sanitate tuenda, capit. 14.) præcalidum & mordax sentient: & dū a coitu se abstineant, capitis molestiam, stomachi offensionem, & cibi fastidium patientur: nec non & uteri suffocationem, ac in coitu protinus ab huius in initio seminis incipiet effusio. Mordacitatis autem in seminis emissionem sensus a foemineo, non quidem a virile semine fieri: ex eo ostenditur: quod ubi virilis seminis eiactio præuenit, minimè a foeminis consimilis presentitur molestia. Nec dū ipse vir dū semen emittit, vllam mordacitatem sentit. Quibus accedunt ubi seminis intemperies a testium caliditate præstat, totius corporis calor ipsius seminis crassities, & lumborum ardoris sensus. Natium verò idem esse intemperamentum: circa pudendarum partium hirsuties, naturalis con-

stitutio

nitatio viraginis, animositas, vox crassa, & pilli; adhuc superciliorum, nigri indicare valent. Vbi autem caliditatis excessum à materiæ ex qua conficitur natura semen suscipit; tum ipsius tenuitate, cuius ratione celeriter excernitur: tum eis depræhenditur signis, quæ calidos humores, (siue biliosos siue serosos salso) in corpore redundare demonstrant. Bilis exuperantiâ huius tam causis quam effectibus nobis explorare licebit. Quippe vita exercitationibus ac laboribus plena, vigiliæ, ire, cibi calidi & sicci, consuetaq; bilis euacuatio suppressa, biliosum humorem cumulare habent. Qui item succus si infœminis exuperare acciderat, eas vigiles cibi inappetentes, & siticulosas reddit: atq; in eis ipsos amarum excremēta valdè tincta, fluities vrinæ & totius corporis color, & menses, suo tempore, cum ardore & molestia fluentes, in sunt. Serosam verò salfam humiditatē in corpore redundare, quæ eandē moliantur, causæ cōmostrant. Sunt autē hæc tum immodici aquæ potus præcedentes: tum etiâ causæ omnes, quæ (siue refrigerando siue siccando) cutis perspiracula occludere habent. Id ipsum ab effectibus, quos serosi succi redundantia producit, depræhendi potest. Istius fortis sunt, oris salus sapor, præsertim ieiuno ventre perceptus; infesta sitis, quæ ubi per noctem vexat, somno superveniente compescitur: totius corporis subalbidus color: cutis sicca, ac veluti scamosa non nunquàm apparens: frequens pruritus, vrinæ ut plurimum tenues & aquosæ: aliquando verò, seroso salso per adustionem in bile conuerso, haud minimum tinctæ; & int. redm.

De signis Steril.

quasi virides: mensesque plures tenues & aquosi; ac nimia veneris appetentia.

Siccæ autem & humidæ seminis intemperatiæ, quæ generationi officiant, à calore & frigore ortū ducunt. A testiculorū enim excedente calore siccū crassiusque, quàm par sit, gignitur semen: quemadmodū & ab eorū immodica frigiditate crudum & aquosum præter modū, quo fit ut per has qualitates, (quarū signa tradidita sunt) illas venari liceat. Quibus adiungi potest, quod valde siccum semen, quia crassum sit: tardè ac in parua emittitur quantitate: humidum verò & crudum (tenue & aquosum cum sit) celerius, & citra delectationem.

Qualitatis præterea vitium, si in eius acrimonia consistat, ex continua à coitu seminis ab utero reiectione ostenditur. Verum sit ne ortū eiusmodi vitium à mordaci succo, qui seminis generationi materiam suppeditavit: an à calido testium intemperamento: ex adductis signis, vel redundantis humoris acris (biliosi scilicet aut serosi falsi) vel calidæ ipsorum testium in temperaturæ cognoscitur. Ac quàm à testium minime excedente calore, sed ob longam retentionem in serosum semen diu agente: semen acrimoniam acquirit: ex usu coitus, qui per longa intervalle fiat, ac ex sanguinis simul serosi notis deprehendi valet. Illud tamen creditu difficile apparet, quòd seminis acrimonia ex continua à coitu seminis ab utero reiectione indicetur. Nam semen ex serosa genitum materia (quod equidem dictum est mordacitatem obtinere) haud semper sui ab utero expulsionē brevi tēpore moliri habet. Nō enim

enim à seroso semine citius quàm à genitura serosa
ad excretionē irritabitur vterus. quinimò vbi semi-
nis acrimonia à leni alterius seminis qualitate mul-
ceatur, contrariū accidet. At genitura à morboſo
ſanguine ſeroſa reddita (vt Hippoc. lib. de ſteril. nō
longe à principio, teſtatur) non tantū modico, ſed
multo tēpore ab vtero eijcitur. Non igitur ſemper
ſeroſum ſemen cōtinuò à coitu progreditur foras.
Difficultatē hanc facile ſoluet, qui ſeroſum ſuccum
haud ſemper acrimonię participem eſſe expendat.
Etenim ſeroſa ſubſtantia licet ſalſuginē ex ſe habe-
re ſit nata, & hac ratione acris eſſe debeat: aſiduē ta-
mē ſimilē ſaporē minime amplectitur: ſed tūm pro
ratione morē, quā in noſtris corporibus facit, tūm
pro natura ipſius ſeri, hic vel mittis, vel acris elucet.
Dū enim quęuis aquea & inſipida ſubſtātia ſui ex-
tra corpus euacuationi eūctetur, eiſdē pars terreā
à noſtro calore (qui, licet debilis exiſtat, id lōgo tē-
pore efficere valet, quod breuī, calor fortis opera-
tur) aduritur atq; hoc modo ſalſedo & acrimonia
ſucceſcūt. Quas ſane qualitates ſeroſa hæc humiditas
ſi diutius, quā par eſſet intra corpus nō moraretur,
haud quaquā redderet, niſi à ſui ipſius natura caſdē
ſortiretur. Nō enim omne ſerū vnius & eiſdē na-
turæ exiſtit: ſi quidē alterum ex potentia ortum
ducit ſubſtantia, alterum verò ex chylo in iecore
vnā cum quatuor generatur humoribus. Atq; hoc
pro humorum diuerſitate diuerſum comperitur:
ita vt ſanguinaliud, aliud bili, aliud pituitæ, aliud
item melancholiæ proprium in ſit ſerum. Quo-
ſit vt, ſi quod libet ſerum proprij humoris natu-
ram

De signis sterili.

naturam sapere tenetur, ab infestis humoribus infestum, & à mitibus mite necessario emanet, subindeque non omnis serosa substantia acris & mordax erit. Huic accedat quòd illa potulentæ substantiæ serosa pars, quæ post renum attractionem (ut ad minimas usq; particulas sanguinis vehiculum sit) in venis remanet, vel nullam, vel minimam admodum mordacitatem habet. Quippe iecoris & venarum (in quibus humores generantur) expellens virtus omne illud, quod absoluta coctione acris & excrementitium persentit, & expellere nititur, & ad expellendum ab utili substantia separat: eaque ratione non modo à renibus, separationi huic opem ferentibus, totum illud attrahatur, quod in cuiuslibet humoris sero mordacius existit, sed omnis quoque illa potulentæ substantiæ pars, quæ est nitrosior & acrior. Sicque reliqua quæ in venis huius substantiæ relinquitur pars, longè mitior, fereque acrimoniæ expers sine dubio manet. Oportebat enim sanguinem, qui plurimè aqueæ humiditati permixtus ad omnes alendas corporis partes permeare exigebat, succum acrem copiosum sibi committum nequaquam habere: ne in tertia coctione ante debitum tempus facultas quæ expellit ad proprium opus irritaretur. Relinquitur ergo serosam omnem humiditatem acrimoniæ participem minime esse. Cui sane rei & ipse astipulatur Galenus lib. 4 aph. 19. dicens quod aquosus humor quia calidus & mordax non sit, nullà, dum purgatur, sitim excitat. Constat igitur iam quid Hippocratis loco respondendum sit. Morbosum nimirum sanguinem

hem (qui genituram serosam reddens eandem vitia) serosum esse à consortio, vel copiosi feri salii, vel plurimæ alterius insipidae, potius quàm saltae & acris, humiditatis. Quando ergo à sanguine primo modo vitiato, genitura serosa redditur, hæc modico tempore propter illius acrimoniam ab utero reijcitur. Si verò eadem à sanguine, secundo modo morbofo reperto, serositatem suscipiat, multo quidem tempore propelletur. Ita quæ hæc Hippocratis verba. Serosa verò facta genitura tempore modico, aut multo foras progredietur: non equidẽ de serositate quæ vnius tantum naturæ sit, sola scilicet mordaci, sed de illa quæ tam acrem quàm mitiorem amplectatur (vri dictum est) intelligenda venit. Quo fit vt signo à nobis adducto haud quaquã repugnet: atq; istud vbi mordacem succum ostendit, serosum etiam salsum non excludat. Quicquidẽ solus, quia acris sit, continuo à coitu seminis reiectionem semper inducit. Labis autem quæ à putredine originem ducat, cùm genituram putredine afficiat (siue ab alicuius putridi humoris consortio, siue à longa in vasis seminarijs, obnitiã veneris abstinentiam, retentione succrescat) ex eo dignoscitur (vt ex Hippocrate ellicitur lib. 1. de morbis mulic.) quod sexta aut septima die vtrumq; semen putrefactum ab utero procidat. Quod ipsum interdum euenire opinor, quia genitura propter Gallicam in semine labem corrumpatur: cuius sanẽ affectus propriæ notæ Gallicam ipsam à reliqua putredinis labe se iungit.

Sed quum vitiosa qualitas quæ improloficũ reddit

De signis Steril.

dit semē occultā est & venenosa: letūamē persēntitur à coitu: à quo etiā cita ab vtero seminis fit profusio. Quē vbi moratur grauibz foemina toto hoc tēpore angitur molestijs. Quasi ipsa simili vitioso semine in vasis adhuc seminarijs detento necessario patitur: sunt q̄; tunc vteri strangulatus, corporis color in libidū repentē mutatur: & alia non pauca, quæ veneno redolent, ac vitalis virtutis sequuntur deiectionē, accidentia cernuntur. Quorū equidem causam aliquā haud abditā esse nullū præexistens signū demonstrat. Quod si à corruptione, quā lōga sui retentione adipiscatur, semen malignitatē obtineat, tū ex ipso ostenditur venereorū vsu, qui per longa intervalla fuerit: tū ex accidentiū, quæ veneni naturā sapiunt, infestandi occasione. Ea enim nisi post longā à venere abstinentiā foeminae minime succrescent. Si verò eadē in semine prava vigeat qualitas quia vasa ipsum generātia siue ab interna causa, siue àlicuius veneni aut a sūptione, aut extrinsecus appositione affecta sint: citra lōgā à virorū per mixtionē abstinentiā sævis dictis symptomatis foeminae corripuntur. Nec mirādū est quod testes ab interna adhuc causa affecti, semen generēt venenosum. Nō enim vt similē effugiant noxā potiores erunt quā hepar. de quo Galen. lib. 5. de loc. affec. c. 7. postquā citra veneni potionē, similiter vt epoto veneno, scripserat humores corrūpi, hæc dicit. Fieri verò etiā potest vt iecinoris secundū naturā tēperie mutata, humores huiusmodi vitio afficiantur. Equē igitur ac vitiatū iecur humores valet venenata affectos qualitate generare, sic etiā testes vbi cōsimili

nili vitio corripiantur venenatū semē generabunt. Cuius efficiens causa, vbi illorū immodica est intēperantia ex cuiusq; intēperamenti adductis iā signis cognosci valet. Manet ergo ex his cuiusque modi quo fœmineū semen generationi sit inuile dignotio indicata. Quo fit vt ad reliquas vteri à cōcipiendi actione erroris extrinseci differētias cognoscendas accedere interfit.

CAPVT VI.

De signis sterilitatis, quæ, sanguinis culpa, fœminis succrescit.



NUNC Igitur primum se offert sanguinis fœtum alituri inquantitate aut qualitate peccatū. Minori quantitate, quam alendus conceptus postulat, si huic sanguis propter suipenuriam prætetur, quando à causis sit secundū naturā, vltra id quod nulla aut exigua menstrua fluūt, minimè hac de causa, vel totius corporis, vel vteri fœminis molestia succrescit. Quibus haud omnino adhuc negletis signis, quando non idoneæ ætatis causa, consimilis sanguinis adest defectus, ex ipsa sola senili aut puerili ostenditur ætate. Si à pinguedine oriri accidar, reliquarum causarum absentibus signis, ex ipso pingui corporis habitu depræhenditur. Quod si propter temperaturam, plus iusto calidam, ad conceptus nutriti-

De signis Steril.

tionem sanguis minimè superat: eiusmodi quidè mulier (vt ex Aetio) ellicitur tetrab. 4. capit. 5. i. virilis omnino erit. Coloris fusci, corporis probè compacti, neruorum robustorum, venosa, lumbos & nates ampliores habens, humeris pectoris quæ latiorū, mamarum solidatum, vocis grauis, fortior item ac hirsutior. Cum verò simile vitium ab inedia, vita laboriosa, nimia quauis euacuatione, vigilijs ac doloribus prouenit: ipsamet narrabit scœmina. Sed vbi ægritudo aliqua sanguinem minuit, ex proprijs eiusdem morbi signis deprehenditur. At quū sanguine propter sui crassitiem ad vteri cavitatem per meare nequante, eius quantitas, minor quam exigitur, conceptui præstatur alendo; ex lumborum & vteri regionis tensione, grauitate, ac dolore, congruo menstruorum tempore euenientibus, & menses etiam colore, ac substantiæ modo (quæ duo id ipsum indicare valent eo modo quem inferius adducemus) patefiet. Quibus accedit quod debiti mensium periodi tempus semper cunctatur: ipsis equidem post consuetum circuitum venientibus: præsertim vbi sanguinis crassities ei ab humor præstatur, qui acer non sit: qualis naturæ pituitosus vbi plurimum cernitur. A quo quidem sanguinis crassitudine m oriri cognoscemus; ex mensibus nō modo crassis, sed albis, sub frigidis, & stuporem inducentibus. Id ipsum deprehendi habet, ex temperatura & viciustatione pituitosa: vita sedentaria & otiosa: corporis mollitie: grauiori & profundiori somno: exigua venenis apertèria, atq; albicanti corporis colore. Sanguinè verò à melancholici humoris co-

pia crassum effici: causæ hunc generantes succum, & qui ab ipso producuntur effectus demonstrare sunt nati. Melancholiâ cumulare habent, frequens crassorum ac terrenorum alimentorû vltus: (cuius fortis sunt, bubulæ caprinæ ac leporinæ carnes, præsertim si sale asseruatæ, vel fumo desiccate fuerint) potus vinorum crassorum, nigrorum scilicet aut rubrorum; ambientis temperatura frigida & sicca, tempus & regionem amplectens: curæ item microtes; labores multi, vigiliæ, supressa melancholici sanguinis per hæmorrhoidas consueta euacuatio, & lienis obstructio. Eundem etiam redundare humorem ab his cognoscemus esse cibus: fusco nimium aut nigricante calore: (interdum quidem vniuersæ cutis, interdum vero hac solis quibusdam inuisti maculis scedata,) corporis habitu sicco & macilento: aspectu moestu: pulsu duro, paruo, tardo, ac raro: mensibus nigris: vrina vel aquea, vel fusca, aut nigra: affectionibus etiam ijs, quas melancholicus humor excitare est natus, & veneris haud minima appetentia: ab eiusque vltu, nocumento nimio.

Sanguinis verò pro conceptu nutriendo imminutam ad vterum permeare quantitatem, quia vteri vasa à vicinis partibus comprimantur, earum comprimens tumor (quem tum tactus: tum ipsa particulæ, cui in est, indicat læsio) facile ostendit. Sed obstructio, quæ eiusdem nocumēti sit auctor, ex eo indicatur, quod densitatis intensæque frigiditatis matricis, pinguedinis, atque comprimentis tumoris signa minime compareant: ac simul cū hoc eo tempore quo menses promouere natura con-

lucuit; in uteri regione dolores aliq; vterina acci-
dentia infideant. Quibus sepius accedit febriçula le-
ta, cõmuniter alba appellata: atq; vltra hæc ipsius-
met tactus dignotio. At intra vteri cavitatẽ, sangui-
nẽ propter illius densitatẽ, permeare nõ posse: ex
adductis iam istius vitij signis agnoscemus.

Fol. 36.

Verũ cum plurima sanguinis affluentia geni-
turã suffocat: vtrũq; semen secũdo aut tertio die se-
miententũ ab utero propellitur. Cõsimilis verò ni-
mie sanguinis ad vteri cavitatẽ affluentie, vbi istius
humoris vbertas existit causa; ex superius adductis
redundatis sanguinis notis deprehẽdere licet: si au-
tẽ id vitij ab ipsius sanguinis oriatur tẽuitate, cuius
ratione (vt bilis & aliorũ tenuiũ simulq; acrium hu-
morũ exuperantiã excludamus) non quidẽ qualita-
te, sed quantitate tantũ sanguis officiat: ex mensibus
pluribus, & aquosis, debitũq; periodũ præuenienti-
bus, pariterq; ex allatis iam serosi abundantis succi
signis ostenditur. Quod si, propter apertiora vena-
rũ oscula, genitura plurimo suffocatur nutrimen-
to: inditijs nullis siue plenitudinis, siue tenuis san-
guinis apparentibus, menses copiose, frequenter &
in ordinate fluent: atq; indẽ imbecillitatem corpo-
ris, gracilitatem; eiusq; malum habitum foeminis
succrescere comperimus.

Fol. 33.

Sanguinis præterea foetum alituri quodlibet in-
qualitate peccatum generationem prohibens, per
proprias notas cognosci quoq; debet. Etenim eius-
dẽ intemperantia, rũ extradditis iam signis, quæ hũc
aut illũ calidũ frigidũ vẽ humorẽ redundare pro-
mittunt, tũ ex ijs quæ à menstruorũ colore & sub-
stantia

flamma modo ad eosdē discernendos humores desumuntur, deprehendi habet. Menfes enim crassi, pūcissimi nigri & splendidi, & qui citissimē congelentur (docente Hippocrate lib. i. de morb. mulie.) melancholicum; subalbidi verō, crassi, & pelliculosi, pituitosum, sicut tenues cum caloris ac moris sensu, biliosum redundare succū demonstrant. Pari ratione qualis sit exuperans humor qui vicio suo cōsortio sanguinē reddit, eodem lib. i. de morb. mul. ab ipso met Hippoc. per aliquas probationes ostenditur. Quarū primā nobis in hunc modū traddit. Quū menfes prodeunt lintheū cōplicitū, palmi magnitudine, super tenuē cinerē expāditō. Deinde ut quę exeunt super hoc defluāt curato. Præstat autē duo esse linthea utrūq; seorsim, alterū diurnū, alterū nocturnū, & diurnū quidē postera die lauare oportet. Nocturnū verō ubi per diem ac noctē super cinere sitū fuit. In lotura verō considerare oportet, qualia nā fiant linthea lota ubi in sole fuerint siccata. Optimū tamen est in tenebricoso loco ea resicari. Siquidē igitur pituita fuerit quę conceptionem impedit, mucosa linthea erunt. Si verō propter sanguinē & bilē impeditur, fulua & sublibida. Aliā deinde ad huius rei cognitionē sapientissim⁹ senis eo ipso lib. traddit probationē, sic inquit. Arenā tenuē ac siccā subijcito, & quū menfes prodeūt in sole sanguinē superfundito ac siccati finito. Et si quidē biliosa fuerint, sanguis in arena siccatus pallidus erit; si verō pituitosa fuerit, velut mucus.

Quando autem sanguis q̄b pravam & morbosam qualitatem (vitiōnē scilicet aut putredinē) ad concep-

De signis Steril.

conceptrus nutritionem ineptus redditur: vbi à bile, vel porracea, vel vitellina, vel æruginosa, vel atra, vel aliquo alio, per vñtionē genito, succo provenit, adductis iam inditijs, quæ hos redundare humores commonstrant, cognosci habet. Vbi verò à putredinoso oritur inquinamento, non modo dignoscitur (æque ac semen consimili vitio affectum) ex eo quod sexta, aut septima die vtrumque semen putrefactum ab utero procidat (vt ex Hippocrate adduximus) sed etiam ex supuratis mensibus. Quorum signa lib. i. de morb. mulie. circa principium ipsemet Hippocrates in hunc modum traddit.

Quibusdam supurati sunt menses vbi per duos aut tres menses moram traxerint. Hoc autem maxime fit si à febre fuerint combusti. Signa verò sunt si supurati fuerint: dolores enim incidunt in pectinem, & pulsationes fortes, & contactum non sustinet: & simelius habitura est menses ipsi si erumpūt in pudendum, & procedit graue olens pus ac sanguis, ad septem, aut octo, aut nouem dies.

(.?..)



(.?..)

CAP.

CAPVT VII.

De sterilitate cognoscenda, quæ uteri paralyfim sequitur, & quæ ab ijs quæ in utero continentur excitatur.



Llius verò sterilitatis quæ utero à concipiendi actione propter neruorum resolutionem aberrante in surgit dignotionē nobis tradit Aetius *terrab. 4. serm. 4. c. 75.*

Uterus enim (inquit) sepè etiam ob aliàs causas, sed maximè propter frequētes aborsus resolvitur. Cōsequitur veneris odium oris uteri frigefactio, eiusdem quæ plenus pinguis, & velut infartus habitus, cervicis item laxitas ac stupiditas. Sepè etiam menses supprimuntur, aut ægrè prodeunt. In congressu viri, vel nihil omnino seminis in uterum iminittitur, vel injectum velut ex innamato loco statim effluit. Aliquando etiam vrina & stercois importunè prodeunt. Sed uteri resoluti causam obstructionem esse neruorum per quos sentiendi vis demādatur, ex eo indicatur, quòd subitò eius modi fiat affectio: rursus quæ deprehenditur, tùm ex reliquarum causarum absentia (quarum comprimens tumor sui ipsius, ubi contingatur, est index: reliquæ verò quia ab extrinseco corpori occurrant ex se notissime sunt) tùm ex signis iam adductis quæ crassos & pituitolos in corpore exuperare humores cōmonstrant. Quartam autè cognos-

De signis steril.

temus uteri propter externum errorem à concipien-
di actione aberrationis differentiam (quæ præter-
naturam aliquo in utero contento excitatur) cuius-
que contenti speciatim tradidit signis. Quod equi-
dem ubi flatuosa existit substantia, hanc ab utero
profilire frequenter foemina percipit: pituitosum
item, aut consimilem alium succum per uterum ex-
purgari conspiciamus: atque ubi semen susceptum
ab utero rejicitur, ipsa seminis propulsio cum flatu
excretionem fit. At ubi semine amplexo, ac ore uteri
clauso, qui genitus est flatus uteri efficit inflationem,
hanc à flatuosa provenire substantia Aetius, sem-
p. ult. cap. 78. in hunc modum cognoscere docet. Cō-
sequitur ventris ac immi v̄tris tumor, velut in hy-
dropetympanite, cum dolore pangituo, perpun-
genteque usque ad septum transversum & stomachū
& nihilominus utrinque in lateribus extento, & sæ-
pe ad alterum, sæpe ad utrumque inguinē se extendē-
te. Umbilicum item lumbosque ac pectinem idem
infestat: & caput quoque per consensum afficit.
Quandoque verò flatus per muliebre pudendum erū-
punt ut ægre id percipiant. Si itaque flatus in uteri
cavitatem fuerit conclusus, strepitus ac sonitus quidā
in corporis flexu auditur, qualis in intestinis con-
tingit, quæ torminibus vexantur, & ad digitorum
pulsationem sonus tympani redditur. Si verò intra
uteri angustias continetur, dolores vehementiores
ac curati difficiliore infestant.

Sed sterilitatis à pituitoso vel consimili alio suc-
co in utero contento pronenientis, dignotionem pri-
mo capiemus ab Hippocrate lib. i. de morb. mulie.

circa mediū hæc scribens. Si uterū pituitā fuerint impleri flatus in utero fiunt, & menses procedunt pauciores, albi, pituitosi: quandoq; etiam sanguis tenuis sincerus pelliculis plenus. Quibusdam etiā conturbatur & ter in mēse compareret: & præ humiditate cum viro commisceri non vult, neque libidine ad hoc faciendum concitatur: & tenuis fit: Præterea id ipsum cognitū nobis reddit, tum ab utero cum crasso ac viscoso aliquo humore seminis expulsiō, tum præsens albus muliebris fluxus. Quod, si pudendas partes ipse non mordeat, alijs præsertim alterius membri læsi absentibus signis, à cerebro originem duci lib. de sterili. non longe à principio, Hippocrates credit. Quod si pituitosus fluxus ab alio præstetur membro ex huius læsi proprijs cognoscetur inditijs. Si vero à toto demandetur corpore ex adductis iā signis quæ vberē cōsimilis succi copiam ad esse demonstrāt de præhēdi habet.

Simili modo cuiuslibet alterius humoris qui in utero in fœcunditatis sit author, dignotionē capiemus. Nam & proiecti seminis color; & is etiam, qui in succo per muliebrem fluxum excreto, inuenitur id facile ostendit. Si enim biliosus sit humor, semen propullum nedū & proiectus humor qui haud rarē ab utero emanare visitur, pallorē obtinebit. Si sciosus, aquosus uterq; apparebit, si putridus, virulē & ac putridę humiditates ab utero emanare inueniētur.

Verū humorū acrimoniā (eorum scilicet qui in utero contenti sterilitatē pariunt) cita testatur ab utero post viri accessum seminis proiectio. Hęc tamen (quia vitiosus humor seminis susceptionis

tempore in utero minime aderat, sed postea fluat
ad sextum aut septimum diem extendi valet, ut hec
Hippocratis verba libro primo, de morbis mu-
lier. nobis indicant. Quibus vero sexta, aut septi-
ma die à viro immissa prodeunt putrefacta, his ve-
rissimile est ab utroque fieri & bilis & sanguinis in
fluxu. At quæ nam ea particula sit à qua humor,
in fecunditatem prohibens, ad uterum mittatur:
propria affectæ sedis signa (quæ quidem quia ab
hac tractatione sint aliena, aliunde peti requirunt)
à parte monstrabunt.

Sed lumbricos uterum continere ostendunt,
uteri titillatio & pruritus, materia putrida ac foe-
tida ab utero profluens, & foeminae continua, mo-
lestaque inquietudo, plerumque cum angore & su-
dore.

Lapidem verò in utero adesse cognoscemus so-
la obstetricis relatione. Ipsa enim digito in anum
immissio facile lapidem persentiet, siquidem recto
intestino uterus insidet. Iam igitur ex dictis om-
niū quæ ex parte foeminae inueniri habent sterili-
tates dignotio manet ostensa. Quippe quæ ob pro-
catharticas causas uteri à concipiendi actione ab-
errationes fiunt, quòd ille ebidentes sint ad sui cog-
nitionem (ut dictum est) signis minime egent.

In fecunditatem ergo, quæ invenitur in vi-

ris sequenti capite notam facere

erit æquum.



CAPUT VIII.

*Decognoscenda virorum sterilitate, quæ
seminis culpa fit.*



SEMINIS Aut membri virilis vitio in fecunditatem in viris insurgere diximus: atque primū illud rursus excitari, quia vel semen ipsum penitus deficiat, vel etiam si præsterur; infœcūdam tamen existat. Seminis defectum in viris ipsa sola eorū relatio patefacit. Si verò malū hoc à testiculo rū priuatione nascatur, notius quidē est quā ut à laborantibus patienter sustineatur. At vbi propter intensē frigidam testium intemperaturā conficiendi seminis actio abolita est: à testium frigido sensu nullaque venerorum cupitate depræhenditur. Natium hoc esse intemperamentum ostendunt mentis, pectinis, ac alarum glabrities; & viri efœminata natura, eunucorum naturæ persimilis. At ij quidem Galeno teste, primo de sem. capit. 15. de piles non modo in mento, sed toto etiam corpore euadunt; paruas venas habent; nulla venerorum libi line afficiuntur; frigescunt, altera scilicet caloris fonte priuati; omneque his corporis robur collabitur, perinde ac si senes fuerint; neque venæ larræ, neque sanguis floridus est; arteriæ parum & imbecilliter sicut in senibus pulsant. Si vero virilis

De signis Steril.

feminis generatio ob intense siccum testium intemperamentum pereat; tūc, vltra dictum frigiditatis sensum, venerisaderit in apotentia, tūc siccus extenuatusque viris inerit corporis habitus. Quæ quidem ambo si semper in eisdem conspecta fuerint, pillorumque pudendarum partium crispitudo ad sit, ac robur: à natiuitate tale intemperamentum prouenire credemus. Verūm propter influentis calidi inopiam semen generari non posse: cordis & arteriarum propriæ aut aliundè eis communicatæ affectiones ostendunt. A materiæ autem, ex qua ipsum gigni deberet, indigentia feminis defectum oriri, causæ corpus inanientes indicabunt. Ex sunt inædia, vita laboribus plena, dolores, vigiliæ, & euacuationes nimix. Quibus autem viris, ob occlusionem varicosi parastatis, feminis emissio deficiat, (nullo prædictorum præsentis vitio, quod salacitatem impedire habeat) nimis ad veniem erunt proclives; ac ea insuper patientur accidentia, quibus ex coitus usu dimisso, nonnulli molestari, libro sexto de loc. affect. capit. 5. Galenus refert. Alij (inquit) nisi assidue cocant, capitis gravitate molestantur, cibos fastidiant, ac febribus obnoxij sunt, atque vt deterior est ipsis apotentia ita & concoctio minor: hos Plato arboribus infructiferis comparat. Equidem noui quosdam quibus huiusmodi erat natura, qui præ pudore à libidinis usu abstinentes torpidi pigrique facti sunt, nonnulli etiam, melancholicorum exemplo, præter modum in moesti, ac timidi, cibi etiam, tūc cupiditate, tūc concoctione vitia.

Quod

Quodd si virile semen, inquantitatē aut qualitate peccans, generationi officiat: horum cuiusque vitij proprijs adductis signis, cognosci exigit. Partiori quantitate, quā fecunditas postulat, præfari, ex nimia temporis in excernendo semine breuitate (habita viri relatione) facile cognoscemus. Huius verò vitij causa (siue facultatis semen generantis culpa, siue materiæ; ex qua ipsam conficitur parcitas sit) ex adductis signis, semen ob eandem causas prorsus haud generari ostendentibus, quæ tamen eas ipsas remissas esse demonstrent deprehendi habet.

Ampliori verò quantitate, quā concipiendi actio prærequirit, viros semen emittere, unā cum ipsorum narratione, ab illis etiam nobis ostendetur signis, quæ fœmineum semen propter vberiorē copiam improlificū esse indicare protulimus.

Verū semine in fœcundo ob qualitatis peccatum reddito, quamvis eius vitiosam qualitatem per propria signa agnoscere interest, sicque cum ab intemperie frigida, quæ testium frigiditatem sequatur, id vitium insurgat; ex adductis frigiditæ testium intemperamenti signis patefiet, si à die minuto influentis calidi ad testes influxu proueniat, ab indiijis viralem virtutem pati indicatibus dignoscetur, si verò à sanguinis ex quo semen conficitur natura insurgat, quia scilicet frigidus sit & crudus, per adducta iam signa, quæ similem humorem exuperare promittunt, omnino erit notum.

At si à calido seminis in temperamento virorū

De signis steril.

infœcunditas ortum ducat, ipsi quidem salaces admodum erant, & quum à venere se abstinent supra dicta (quæ ex Galeno adduximus) patiuntur accidentia. In coitu etiam citissime semen effundere incipiunt; ac foeminae, quibus coniunguntur, dum virile semen suscipiunt, huius caliditatem & mordacitatem per sentiunt. His accedunt, quado seminis intemperies à testium caliditate provenit, totius corporis calor, ipsorum testiculorum ardoris sensus, ac seminis crassities. Intemperamentum tamē hoc natium esse, à cita pudendarum partium hirsutie, & à dicta nimia veneris appetentia, quæ à tenera adhuc ætate viros perpetuò sit comitata cognitum nobis fiet. Sed quum in semine caliditatis excessus, illius succi ratione, qui materiam seminis generationi suppeditavit, viros improlificos reddit: vna cum seminis tenuitate signa quoque aderunt (de quibus actum est supra) quæ calidos succos, siue biliosos siue serosos salios in corpore redundare testantur.

Siccæ autem & humidæ verilis seminis intemperantiæ, quæ generationem impediunt, quia activas qualitates, calorem scilicet & frigiditatem subsequi (vidi etiam est) habeant, per harum signa cognoscende veniunt, vno aut altero adiecto. Primum quod siccum semen, quia crassum existit tarde ac in parva excernitur quantitate: humidum verò, quia tenue & aquosum sit, celertus & citra delectationem emittitur. Alterum est quod ubi humidum semen, testium sequitur humiditatem ac laxitatem: frequens ac sine libidine in voluntaria seminis excretionecessa-

cessario ad est: quæ gonorrhœa nuncupatur:

Sed quum masculinum semen ob mordacem qualitatē improlificum ebadit, protinus à coitu ab utero propellitur: præsertim ubi hic exactum obtineat sensum: non nunquam etiam gonorrhœa illa, quam feminis acrimonia concitare solet, aut præsens est, aut nuper præfuit. At eiusmodi vitium à mordaci, ex qua semen conficiatur, materia insurgit: præ adducta humoris acris redundantis signa demonstrant: biliosi nimirum, aut serosi salsi. A testium verò calore, non quidem excedente, sed ob longam retentionem in serosum semen diu agente, semen acrimoniam acquirere, à venerorum usu qui per longa intervalla fuerit, simulque & à sanguinis serosi notis (reli quarum causarum absentibus signis) penitus accipiemus. In marium præterea semine labes, à Gallico affectu, aut putredine, nata, generationem prohibens: tum ex signis pro consimili in foemineo semine: dignoscendo vitio, adductis simulque & ijs, quæ Gallicæ affectionis sunt propria, deprehendi habet, tum ex presenti, aut nuper præcedenti gonorrhœa virulenta. Semen tandem in viris venenosa potiri qualitate creditur, ubi viros, à veneris abstinencia, aliqua quæ (ultra id quod abditam obtineat causam) veneno redolent, molestant symptomata. Quorum equidem (Avicenna testel. lib. 3. scen 20. tract. 1. capit. 5.) nonnulla adhuc cernuntur, antequam venenosa à semine qualitas in cor aut cerebrum irruat, tunc enim corpus graue, difficile ad motum & valdè frigidum inveniri solet. Quorum symptomatum leuamen continuo

De signis steril.

à coitu presentitur. Ea q; ipsa si per per breuē ad-
huc à veneris abstinētiā appareāt; seminarium
vassorum vitium causā habere indicant: Si verò
per longa tantum interualla, veneri viro indulgen-
te, eueniant, à corruptione ob longā sui reten-
tionem semen malignitatē suscepisse iudicabimus.

C A P V T IX.

*De signis virorum infœcunditatis, quā
virilis membri vitium gignit.*



LTERA Virorum sterili-
tatis fors ea erat quæ à colis
proficiscitur vitio. Quod
equidem duplex diximus in-
ueniri: ipsius nimirum pe-
nis instrumentalem, & sym-
ptoma; genitalium ignauia
nuncupatum. Quæ igitur

à membri virilis instrumentali morbo infœcun-
ditas prouenit, siue is in via, siue in figura, siue in
magnitudine sit, sola relatione fit nota. At eius
quæ à symptomate nascitur, licet ipsa in debita ere-
ctionis actio ex se notissima sit, nonnullæ tamen
eius existunt causæ, quarū dignotio aliquibus eget
signis. Sic ergo quandò debita pudendum egredi-
tur erectione, propter virtutis defectum, qui spi-
rituosæ partis inopiam sequatur, si hæc quamuis
aliā, præter penis frigidam intemperiem, cau-
sam habet; membrum, non secus ac in sanis, in frigi-
dam

Jam aquam immersum, contrahitur: At si à frigida eiusdem pudendi intemperatura & spiritus is qui à corde demandatur destruitur, & solita in ipso flatuosi spiritus generatio impeditur: minime quidem etsi frigida sub mergatur aqua idem contrahitur membrum: vt Auicenna testatur lib. 3. secn. 20. capit. 11. Quo item loco in penis etiam laxitate idem euenire dicit. Sed ab huiusmodi causa per frigiditatis sensum facile frigida temperatura secernitur. In temperamentum autem calidum spiritus dissipans ipsa indicat excedens caliditas in pene percepta. Demonstratur præterea flatuosi spiritus in pene generationis defectus, qui materiae indigentiam sequatur, à præsentis eiusdem colis, ne dum cordis incolumitate, pudendi venis minimè manifestis: & ab illis pariter signis quæ seminis paucitatem ostendere diximus. Per arterias verò spiritum ob sui inopiam non demandari fatebimur, quæties cor & arteriæ aliquem proprium vel per consensum patiuntur affectū, præsertim frigidum. Quo quidē absente spirituosæ substantiæ ad pudendum influxū ab animi distractione impeditur; ipsa negotiorum detentio, aut præsens animi passio minime celabit.

Verum qui in pene virtutis collapsus ipsiusmè pudendi culpa insurgit quum ab intemperie provenit: à cuiusque in temperiei proprijs discitur notis. Quando verò à continui solutione, vel à substantiæ laxitate, vel ab eiusdem substantiæ per atrophiam gracilitatem vè inanitione provenit; ex se notissimus est; facileq; medico interroganti patebit. Causarū tamē gracilitatis & atrophie cognitio

De signis Steril.

Hoc capite.

aliquibus eget signis : Sicque deficiente virtutum ministrantium robore, cum in pene atrophiam insurgere valet: sitque potens quaelibet immodica difficultas imbecillitatem progignere, ipsius profecto penis intemperantias, pro discernendis atrophiae causis, cognoscere expediet. Sed ex eiusdem intemperaturis calidae, & frigidae cognitio superius indicatae manent. Humidam verò ipsius pudendi laxitas & mollicies, ac feminis citra debitam erectionem ejaculatio demonstrant. Quod si cum frigidityte eadem humida copuletur intemperatura; viros tempore coitus semen emittere non posse, dormientes autem plurimum emittere ipsis evenire solet: non secus ac adolescenti illi, cuius meminit Aetius in fine form. r. r. Vbi autem virilis pudendi intemperamentum siccum existat, ex eiusdem membri nimia gracilitate, asperitate, atque nonnulla citra erectionem duritie deprehendi habet. Ac ubi seminaria vasa eadem intemperie laborent: feminis prorsus deficit emissio: quemadmodum de adolescente alio Aetius loco citato refert. Atrophiam verò, quam viarum in pene per quas alimentum atrahitur gignit angustia, à tumore comprimente provenire ipse indicat prope eiusdem membri originem tumor. Sed à venarum obstructione eandem originem duci affectionem intelliges: quum, toto corpore minime atrophiam patiente, ipsius virilis membri vena oculis difficile patent. Quando quidem ubi à crasso lentoque sanguine id provenit vitium, totum pariter corpus atrophiam laborat. At feminis frigiditytas & paritas (a quibus eadem genitalium ignavia produci

duci solet) sui notitiam per propria signa reddi de-
siderant. Ea tamen in superioribus sufficienter ad-
duximus.

Reliquum verò pudendi in erectione vitium;
quod penè debite iam erecto, ob semen occysimè
emissum; à tumefactione, ante coitus perfectionē;
defficiente insurgit: si ardentissimum amorem cau-
sam habeat: non modo ex ipsa narratione consta-
bit, sed ex eo quod seminaria vasa sint firma: semen
que neque in quantitatis excessu, neque intenuita-
te, ac mordacitate peccet. Quod si à retētrice facul-
tate propter vasorum seminarium laxitatem imbe-
cilli, id vitium proueniat: gonorrhea citra tentigi-
nem vel aderit, vel nuper præfuisse inuenietur. Ve-
rùm si quæ expellit virtus aut plurimo semine gra-
uata, aut à tenui & acre molestata, eius emissionem
ante debitum tempus compleat, ex signis superius;
ad eadem vitia dignoscenda, traditis facile de præ-
hendi habet. Sed quum erectionis actio propter in-
strumenti ineptitudinem, à resolutione proficiscē-
tem, aufertur: ultra substantiæ laxitatem, penis ipse
aut exiguum, aut nullum sensum obtinebit. Si verò
à malefica vi id eueniat malum: nulla in semine aut
in generationis membris, siue propria, siue aliunde
communicata affectio inerit. At vrinaria via à su-
per creta carne, callo vè ex prægresso vlcere aliqua
parte obtorata ab ipsius viri relatione de præhendi-
tur: qui vlcus se passus fuisse dicat: & urinam affuen-
ter reddere non posse: præter quam quod candela
immissa patens fit. Denique monstruosum in pu-
dendi via à natiuitate vitium, cum oculis pateat ip-

De signis steril.

summet, sui specimen præbet. Notio ergo simplicium omnium viri infœcunditatum ex his ostensa relinquitur.

C A P V T X.

De relatiuarum sterilitatum dignotione.



COMPOSITA Infœcunditas ex simplicium ac relatiuarum (ex quibus constare accidit) cognitione nota utique fit. Qua propter ; siquidem hætenus de simplicium signis sufficienter egimus ; relatiuarum notitiam nunc perquirere nostri muneris erit. Ergo respectui fœcundandi defectus, cum ex eo eueniant, quod congruentia inter coniuges ad generationem apta , penes aliquod sui requisitum pereat ; ab vtriusque simul coniugis culpa necessariò prouenient. Atque hæc de causa pariter etiam ab ambobus , (mare scilicet & fœmina) inter se collatis, huius infœcunditatis signa desumere expediet . Vnus igitur defectus illius discordis concordie , quam generatio requirit , in steriliū totali temperamento consistit : ideoque eo ipso amborum temperamento depræhensio, notus fiet. Versus calorem ergo temperiem à bonitate recedere ; cutis & vniuersum carnosum genus

tactus

factu calidum, & visu rubrum; corpus modicè carnosum; offensio à calidis, auxilium à frigidis: hirsuties, pro natura quidem sexus; & capilli nigri monstrabunt. Hæc in super natura, si ab orta sit comparata, completis adolescentiæ annis necessario sibi siccitatem asciscit: sicque tum morbis, tum symptomatis quæ à bile oriuntur obnoxia erit.

In frigido intemperamento tale ad contactum corpus apparet; glabrum item, & pingue visitur; à frigidis læsio; à calidis subsidium; color etiam vni cum capillit rufus; & ubi frigiditas excesserit, liuidus quodam modò erit.

Sicca verò intemperatura siccum, durum, & asperum corpus tangentibus reddit: à quo etiam sub hirsutum & gracile insurgit: siue nativa, siue assuetudinaria sit: cui equidem sicca obsunt humida auxilium opem ferunt.

At in humido intemperamento (à quo si calor non deficiat carnis præstatur copia; non secus ac à frigido, ubi materia non desit, adipis abundantiâ) corpus semper optimè temperato mollius & carnosius in est; ac in reliquis eidem temperato consimile. Quòd in super auxilium à siccis & ab humidis læsionem suscipit.

Corpus autem optima temperie prædictum in prædictis omnibus medium inter reliqua corpora obtinet, in obesitate scilicet & mæredine, corporis crassitie & tenuitate, mollitie & duritie, hirsutitie & glabritie, calore & frigore, humiditate & siccitate, cutis colore nigro & albo, nedū & capillorū colore
qui

De signis steril.

qui in pueritia ad fulvum magis quàm ad nigrum;
in vigore verò vice versa vergit. Compositæ intē-
peraturæ compositas habent inditiorum formas
sicque calidior simul & siccior, talis ad contactum
apparet: durior est, hyrsuta, & plurimum gracilis,
læSIONEM à calidis & siccis: auxilium à frigidis &
humidis, & capillos nigros habet: quem etiam co-
lorem, si caliditas multum excedat, cutis quoque ob-
tinebit. Quod verò calidum & humidum est in tē-
peramentum tantò bona temperie mollius, cali-
dius carnosius & hyrsutius existit, quantò & vtrif-
que qualitatibus fuerit auctum. Et eo in super hyf-
pidius erit quo calidius, sicuti quantò humidius, tan-
tò mollius. Aderitque calore exuperante capillorū
nigrities; non secus ac dominante humido cutis co-
lor ex albo & rubro commixtus. Ambabus verò
qualitatibus plurimum adauctis; citò corpus à pu-
tredinis corripitur morbis; à frigidis item & siccis
iunari, lædi verò à calidis & humidis accidit. Sed fri-
gida & humida intemperatura pilis nuda est, cras-
sa, mollis, & pinguis, capillos habet rufos, cutis can-
dorem, à calidis & siccis subsidium, nocumentum à
frigidis & humidis: atque qualitatibus his nimis ex-
cedentibus, libidus cutis cernitur color. Quod si
vnà cum frigiditate siccitas æqualiter prævaleat;
frigiditatis proportionem ac modum cutis & capi-
llorum color necessario sequitur: corpus durum,
tenue, glabrum, & tactui frigidum erit: & licet gra-
cile sit, pinguedinem tamen aliquam per carnes dis-
persam sortietur. Habitus verò frigidus & siccus in
quem, senectutis causa, calida & sicca temperatura
fuit

fuit lapsa, ultra ipsius ætatis notitiam, ex redundante atrabile, cutis colore negro, ac hysspiditate, deprehendi habet. His igitur omnium temperaturarum adductis notis, viriusque cōiugis temperamento perspecto, non modo an congruentia penes ipsum ad fœcunditatem inter eosdem postulata, deficiat, cuius facile patebit, verum etiam qualis ab eadem aberrationis sit modus: putà sit nè quia, vel cōiugum altero nimis à bona temperie recedente, alter quidem temperamento contrario minimè positur: vel quòd propter similem in vnas ac easdem qualitates lapsum, male temperati ambo existant. Quòd si hisce modis duplici alio prorsus simile certa illa temperamenti proportio (quæ tum inter utrumque semen, tum inter verile semen & uterum ad generationem exposcitur) forsitan deficiat: sterilemque subinde concubitus reddat, singulis etiã tam uteri, quam virilis seminis cognitis temperationis (quarum iam vnaquæq; per propria signa manet ostensa) deprehendi facile valebit. Si verò respectiva in fœcunditas ex eo insurgat, quod verile semen minimam adhuc acrimoniam obtinens, ab utero, qui acutissimo sit præditus sensu foras propellatur, seminis quidem mordacitatem præadducta huius rei signa monstrabunt. Acutorem verò sensum uterum habere intelligemus, si ipse & mollis sit, & levisima ex causa doceat: fœmina itè ambræ odorem, aut quamvis alium similem percipiēs de utero statim conqueratur. Sed verile semen minorem delectationem utero afferre, quam fœmina leuiter salax ad proprii seminis emissionem ex-

De signis steril.


poscit ; tunc equidem coniectura assequemur :
quum , ultra id quod diminuta ad coitum ape-
tentia in foemina appareat , virile semen nonnul-
lam habet crassitiem : ac in super ipsemet vir ne-
que coitum nimis aperit , neque huius usu pluri-
mum delectatur . Inter vterum verò & colem de-
bita magnitudinis ac amplitudinis proportio ex
ipsa narratione deficiens esse constauit . Pariter
etiam sit ne inter coniuges amor nimius aut nul-
lus , ac tempus quoque , in quo vtrumque semen
excernitur , planè diuersum ; à sola relatione ac-
cipiemus . Denique respectiuam sterilitatem que
à maleficio prouenit ex eo tantum reddetur no-
ta , quòd absentibus reliquis omnibus infœcun-
ditatis signis , ubi solum cum propria vxore vir se
permixcere cupit ; coeundi impotentiam pa-
tiatur . Relinquitur ergo ex his (ni fal-
lor) omnis sterilitatis dignotio
sufficiens tradidita.

(.?.?)



(.?.?)

GABRIE



GABRIELIS

Illefonti Villabraximensis, Ex
celentissimi Comit̃s Bena
uentani medici à cubicu-
lo, de viri & foeminæ
comparanda foe-
cunditate.

Libellus III. In duas partes diuissus.

QVAVM PRIMA DE CV-
ratione agit stirilitatum omnium
quæ ex parte foeminæ inueniri ha-
bent. Secunda de curatione omnium
sterilitatum, quæ virorum cul-
pa insurgunt: nec non & rela-
tiuarum.

CAPVT PRIMVM.

De curatione sterilitatis, quàm uteri calida intemperies prouocit.



VM Singulis in foecunditatis differentijs peculiare adhibere curationes praesens nostrum postulet institutum: opus id in tertio hoc libello pro viribus absolueri nitimur: eo seruato ordine quo & ipsas, & earum

signa in superioribus tradidimus. Sic ergo ea primum incurationem se nobis in foecunditas offert, quæ solius foemine culpa insurgit, alteramque simplicis sterilitatis differentiam constituit, atq; huius ea quæ ab immateriali uteri calida intemperatura

Huius digno-
notio, fol. 31.

producit. Quam profecto ubi debita refrigerante victus ratione, & medicamentorum extrinsecus appositorum vsu, curate valeamus: ab alijs, quæ per os sumuntur nos abstinere oportet. Ne frigidorum assumptione nutrimentalia membra, aut eorum, vel ipsis vicinorum quidpiam affectum aliquem frigidum acquirere accadat. Quod equidem verendum proculdubio est, si vera Galenus loquitur lib. 7. metho. tum cap. 5. ubi, imparem esse dicens frigidæ & calidæ intemperiei curandæ securitatem hæc addit. Nisi enim quæ ei quod curatur circumdata sunt corpora, valida planè sint, moetus est ne

ab

ab ijs, quę refrigerent, noxam contrahant non le-
uem: tñm cap. 8. vbi ventriculo calido existenti, re-
frigerantis adhibitis p̄sidijs, ventriculi quidē im-
becillitatem sanatam fuisse, gulam tamen esse per-
frigeratam; & huius occasione hominem obisse re-
fert. Mirandum (inquit) non est sicut portione illa,
quod immodice calfactum erat ad mediocritatem
est reuerſum, quod mediocriter calebat fuisse re-
frigeratū. Nobis ibitur expedit vt quo ad fieri possit
sit solis refrigerante victus ratione, ac topicis infri-
giditybus medicamentis, vtero citra humoris af-
fluxum calido subuenire curemus. In cuius rei gra-
tiam, acre ad frigidum vergente, somno longiori
conſueto, quiete, refrigerate cibo, & aque potu vti
conueniet. Vino verò assuetis id quidem p̄orsus
interdici opus non est, sit tamen album tenue aquo-
sum & optimē dilutum. Cibum itaque refrigeran-
tem adhibebimus, si ex oleribus lactucam & scario-
lam concedamus; ex fructibus ficus recentes, vbas
maturas, cucumeres cucurbitas, atque eos, qui ace-
tossi sunt; ex piscibus eos, qui teneras carnes habent
& minime salitos; ex carnibus hēdos, agnos, verue-
cem, pullos, & iuuenes porcellos, non lactantes ac
recentes; ex condimentis accidorum succus: in quo-
rum vſu vtero est consulendum, an ab his pati so-
leat: p̄terea per inunctiones etiam fomenta em-
plastra inſeſiones, iniectionesque, vterum in frigi-
dare curandū est. At in opere hoc exequēdo digni-
tas partis patientis spectari debet. Cuius ratione ca-
uendū est, ne p̄ter modū eadē refrigerata, tñm
densior iusto fiat, ita vt, occlusis venarum orifi-

*Quid in topi-
corum admo-
tione consi-
derandum.*

De curat. steril.

eijs, conceptioni reddatur inutilis: tum innati calō
ris patiatur iacturam, quæ fecunditati officiat.
Pars enim membranosa ac subindē natura frigida
existit. Inunctiones ergo imo ventri & pectini
parandæ sunt ex oleo nenupharis & rosaceo, vel
ex vnguento santalino albo & rosaceo cum vmbili
ci veneris succo permixtis. Fomentum item eisdem
partibus ex vmbilici veneris succo adhibere, sum
me proderit. Hæc enim herua à proprietate infec
cunditati confert. Quippe duarum eius species al
tera (docente Hippocrate lib. de steril.) ad foeme
llas: altera ad masculos generandos epota condu
cit. Emplastrum etiam ex usu erit quod recipiat, fa
rine ordei vnc. ij. coque in succo cychotij & lactu
cæ ad mellis consistentiam & adde pulueris florū
violarum, rosarū, & seminis nenupharis anā vnc.
j. olei rosarū vnc. ij. ac ex paucō vmbilici veneris
succo fiat emplastrum, imo ventri & pectini appo
nendum. Lumbis etiam refrigerantia admouere
erit vile, non tamen adeo liberaliter ac anteriori
parti, sed caute, ne testes nedūm renes inculpati cū
sint infrigidari accidat. Infectiones præterea, vel so
lius aquæ dulcis, vel decocti maluarū, vmbilici ve
neris, violarum & rosarum non mediocri emolu
mentum huic affectioni præstant. Vteri quoque
calorem validē compescunt infrigidantes quæ in
ipsum sunt iniectiones. Quarum equidem eam
aptissimam esse existimo, in qua decocti viola
rum rosarum bliti & vmbilici veneris pars vna tri
bus caprini lactis partibus admisceatur. Quod si
per medicamenta ore assumpta, toto existente cor
pore

porē incolumi, opus sit vterum refrigerare, id quidem (vt animaduersum est) cum præmeditatione faciendum. Cui vsui haud minimum conducet, ieiunæ scēmine manē à balnei infusione vnc. j. aut vnc. j. & sem. succi aut decoctionis vmbilici venris cum vnc. j. vini albi tenuis & pauciferi permixtam propinare. Huic tamen potui immediatè præcedet vnius harum tabellarum assumptio, quæ recipiunt, pulueris dyarrhodonis abbatis, tria sandalorum, florum violarū & ramenti eboris anà drach. j. matricis leporis aut ceruinæ siccatae scrup. j. ossis de corde cerui scrup. sem. misce & cum vnc. iiij. & sem. sacchari ex aqua nenupharis frāt tabellę. n. xvj.

C A P V T II.

De curatione frigidi uteri intemperamenti.



Rigidum ac immateriale vteri in temperamentum medicamenti & victus ratione calidis se medicari postulat. At quæ topica dicuntur nō quidē semper debent à principio admo- ueri, sed tunc tantū, cum totum corpus excrementorum prorsus sit immune. Quando enim à superuacuis, alijs ve exuperantibus succis, omnino liberum corpus haud quamquam existit, si ci-

Huius dig-

notio. f. 31.

mutatio.

chap. 10.

tra eorum euacuationem affectam particulam cal-
facere accidat, ad ipsam caloris vi eos ipsos attrahi,
Galenus timet, lib. Artis Med. capit. 55. & lib. 4. Me-
tho. capit. 4. & mille in locis. Quo fit ut in præsen-
ti affectu, præmissa corporis providentia ad topi-
corum usum accedere oporteat: selecta scilicet prius
vena, si plenitudo adsit, aut si vitiosi succi redun-
dent, ipsis per expurgans medicamentum euacua-
tis. Ab initio tamen victus ratio quæ calfacere va-
leat in hunc modum instituenda est. Aer ad calidū
inclinat. Exercitium confert, si moderatum sit. Mo-
deratus etiam venereorum sit usus. Potus vinum
erit solum & vetus, nisi caput sit imbecille; quo
tempore album sit & aquosum, vel aqua cinamo-
mo aromatizata, aut semine fœniculi vel anisi eli-
xa. Cibus ex leguminibus quidem cicer erit: ex ole-
ribus borrago & asparragus; ex fructibus nucleipi-
ni & amigdalæ: ex carnibus hœdina, arietina, & avi-
cularum quoque montanarum, ac volatiliū, non
degentium in aquis. Quæ quidem summandæ sunt,
condimentis ad mixtæ ex aromatis paratis. Quibus
etiam ad mixtis ipsæ elixari debent. Localia verò
medicamenta (quorum vsui locum præstat occasio
vel quando, dicta corporis providentia per acta,
corpus purum redditum sit: vel quando, citra illam,
nullo supernacuo exuperante humore ipsum sca-
teat) per fomenta, vnguenta, emplastra, suffitus
pessos & infusiones, quibus calorem excitare va-
leamus: nec tamen multum siccare, sed potius no-
nihil emollire, vterio adhibenda sunt. Vter enim
frigida intemperatura quæ humiditatem secum ex-
cedentem

*Topicorum
vsus quādo.*

cedentem nō habeat, densum ac durum ipsum red-
dere est nata: cuius ratione ijs calidis præsi-
dijs quæ humiditatis minimè sint expertia, curari postulat.
Igitur fots parare proderit ex vino dulci in quo
calamintha, pulegium, sabina semen lini, & scœnu-
greci cyperi radix & acorum bullierunt. Et à fotu
(qui imo ventri & pectini admoueri debet) hæc
partes, nardino, laurino, amaracino, ac dessthyrace
oleis inungendæ sunt: ad movendum quæ suprà em-
plastrum aliquod consimilem virtutē habens. Cuius
fortis illud est quod recipit, pulegij, foliorum lauri,
matricariæ ana pug. j. olei nardini, laurini & amara-
cini ana vnc. j. sthyracis calamithæ vnc. ij. pulveris
sabinae drach. ij. macis, nucis muscatæ, & gariophi-
lloru ana drach. j. & sem. musci scrup. sem. misce &
ex origani succo, aut eius in vino dulci decoctione,
fiat emplastrum. Aliud etiam, appositissimū in hūc
modum conficitur. Laudani depurati vnc. ij. carā-
næ vnc. j. sthyracis liquidi, vnc. sem. olei laurini
vnc. j. & sem. cinamomi cariophilorum & moschi
ana drach sem. ambræ. g. v. misce & sufficienti cera
fiat emplastrum Interim etiam ac eiusmodi admi-
nistrantur præsidia, per suffitus, arundine ellē oper-
culo perforato inserta, ita vt fumus aut vapor in-
trapudendum suscipiatur, vterum foveri expedit.
Euaporationes vtiliter fient ex aqua calida in qua
matricaria, lauri folia, melisa, artemisia, pulegium
cyperus & acorum fuerint decocta. Suffitus etiam,
nec contemnendus quidem, in hunc modum para-
bitur. Ladani puri vnc. sem. sthyracis calamithæ
drach. ij. ligni aloes, cariophilorum sabinae siccae

De curat. steril.

anà drach. sem. ambrae & moschi anà scrup. sem.
misce & ex tragacanti gummi pastillos forma. Op-
timum quoque suffitum erit quod recipiat galliæ
muscatæ & aliptæ muscatæ anà vnic. sem. bolzoi-
ni & calami aromatiei anà drach. ij. misce ex eodē
tragacanti gummi & pastillos para. Vilioris verò
prætiij neque inutilior suffitus fiet, ex Galuano sty-
race & thure cum paucò sabinæ pulvere per mix-
tis. Pessi præterea subdi debent, ex mirrha, Galua-
no, casthoreo, chia masthice, cypero, per paucò
moscho, ac sufficienti anserino adipe parati: aut ex
caryo philis melissa pulegio belzoino & pauca te-
rebenthina; aut ex sambucino oleo pulvere car-
damomi abradi inspissato, & tenui serico circumda-
to. Vtilissimum etiam est, quod recipit pulueris si-
leris montani drach. ij. coaguli leporis drach. sem.
misce & cum melle despumato & oleo laurino cō-
fice pessos. Quibus equidem uti præstabit, vel à su-
pradiçto fotu, vel ab infusione ex calida aqua, in
qua calamintha, pulegium, sabina, lini semen, foenu-
græcum, acorum, & cyperum, prius bullicint. Ve-
rùm si immaterialis hæc vteri frigida intemperies
adductis auxilijs prorsus curari non possit; ad eor-
um usum, quæ per os sumuntur deueniemus.
Hæc autem sunt, ex delectabilibus quidem confe-
ctionibus, diambra diamoschus, confectio dexila-
loe, & dialatirionis compositio, quæ secunda Me-
sues descriptione conficitur. Harum ergo quæ li-
bet drach. iij. quantitate in vino albo odore ex-
hibenda est. Ex opiatis maximè confert drach. j.
Mitridati, aut theriacæ magnæ drach. sem. in vi-

nō etiā albo aut calaminthē de cocto p̄opinata:

C A P V T III.

De sicca uteri intemperantia curatione.



SICCA Uteri intemperantia sibi contrarijs victus ratione, alijsque alterantibus præfidijs curari postulat. Sic ergo illius tunc oportuna erit institutio, (ubi maxime, vnā cum sicca matricis intemperantia,

*Huius digno-
notio. f. 284*

totum etiam corpus siccum inuenitur, ac maciem aliquam comparauit) dūm aere ad humidam vergente, somno longiori consueto, frequenti cum viro per mixtione in qua tamen semen ipsa minime excernat) & vini aquosi, simul (nē corpus nimis, promotis euacuationibus, exsiccet) modice dicē austeri, potu foemina vtatur. Plurimum in super quiescat, exiguum tantum quippiam inferō in ambulans, quo cibus per erectam agitationem in usus subsidat. Ad hæc & cibum summat humectantem, qui sanē vt ex Galeno constat, lib. 7. metho. capit. 6. coctu facilis, nutriens; minimeque glotinosus (non quidem quod vis coftatem, ad alitionem incibo necessariam, excludat) aut excrementosus esse debet. Huius sortis sunt, præcipue gallinarum testes & allæ, gallinæ etiam, perdices, montanæ aues, & quæ nec duræ carnis, nec palustres sint. Pisces item saxatiles, oua sorbilia, & asininum



De curat steril.

ninum aut caprillum lac, à mamillarum extractio-
ne confectum propinatum. Cui sanè victus institu-
tioni si aquæ dulcis balnea, & in siones, fomenta
vnguenta euaporationes iniectiones ac pessi, qui-
bus vis in sit humectans accedant; dicta vteri siccita-
tas (vbi ea prorsus non sit consumata) probè corri-
getur. Opus enim hoc sufficienter exequemur, vbi
exigui meatus, qui in vtero ob siccitatem astricti
sunt, dilatentur, atque ipsamet particula affecta pro-
pria humiditate ope humectantis nutrimenti, re-
pleatur. Quod equidem ex prædicto auxiliorum
cumulo mirè sicè præstatur. Quippè, tum à balneo-
rum in aqua dulci, aut saltè in sionis vsu; tum à
reliquis dictis humectantibus præsijs, corporis
vteri media omnia similarium particularum spa-
tia, quæ astricta sunt, adeò dilatantur; & apertiora
fiunt; vt necessarium alimentum, (quod à prædicta
victus ratione tale præstatur) faciliè suscipiant: eoq;
ideirò propria in ipsis humiditas reficiatur. Bal-
neis igitur aquæ dulcis ex eo matrici tantum sicæ
existèti medemur, quòd toto humectato corpore
vterus quoque eadem qualitate necessariò partici-
pabit. Cum hoc tamen si corporis habitus vel mi-
nima siccitate intemperatus nō sit; balnei loco eius-
dem aquæ dulcis in sione utemur. Etenim hæc
balnei vicem in præsentia affectu omnino supplet.
Erit ergo in sio bis in die administranda. Manè
quidèmi ieiuno ventre, & vespèri cum assumptum
alimentum confectum sit. Est autem encatisma seu
in sio balneum in quo dimidium tantum corpus
mergitur, nimirum ad ventriculum vsque. Sed en-

*Duo præci-
pui scopi ad
vteri siccam
profligandam
intemperie.*

causmas

mati seu inflectioni aquæ teporem in esse interest. Nam si meatus qui coacti sunt, remitti laxari ac dilatarari studemus; calidiori aut frigidiori aqua uti minime decet. Prima enim Galeno teste lib. 7. metho. capit. 6. illos cogit & constringit: secunda vero preter id quod similiter densat, infirmæ parti frigus latentem insinuat. Erit autem manê ab inflectione tota matricis regio prius molli lintheo resiccanda; deinde humectantibus oleis fouenda: ac tandem continuo à fotu vnguento aliquo similiter humectante inungenda. A quibus, leui ex vitellis ouorum cibo, foemina nutrienda est. Aut si magna humectatione sit opus eidem vnc. iiii. & sem. aut vnc. vj. lactis caprilli recenter multi, propinabimus. At post huius vel illius cibi assumptionem, (ut ex Galeno habemus 7. metho. capit. 6.) Alterius exhibitionem ipsa fugere tenetur, quoad prioris alimenti confectio fiat. Quæ sanè quatuor aut ad summum quinque horarum spatio fieri eueniet: eaque (ubi maximè lac assumptum fuit) ex ructu & ventriculi mole deficientebus conijcere licebit. Hoc ergo tempore meridianus exhibendus est cibus, in ea tamen quantitate, ut cum ad secundam inflectionem vesperti foemina accedat, totus prius concoctus sit. Cui quidem opitolabimur rei si illi Galeni consilio assentiamus, lib. 7. meth. cap. 6. & lib. 3. de sanit. tuend. cap. vltim. ubi leuius prandendum quàm cenandum monet. Præstat præterea ut encatismati mediocris inter dorâ & mollem ex dulci oleo imi ventris frictio præcedat. Quæ tamen supra umbilicum minime ascendat: cum alioquin, ut ex Galeno dicto

loco de sanitate tuenda constat, periculum sit ne
 ventriculus subuertatur, cibus deterius concoqua-
 tur, caput turbetur, & succus quispiam semi crudus
 in corpus digeratur. Frictionem autem mediocrē
 exigi diximus, quia dura exsicceret & extenuet mol-
 lis vero inefficax sit. Hæc enim, eodem Galeno
 teste lib. 3. de sanit. tuen. cap. 2. minimè altè dimit-
 titur, Sed circa cutim ipsam & vicinas carnes defi-
 cit. At quæ inter duram & mollem mediocris est
 & ab inefficacia mollis, & à duræ & violentæ noxa
 abest. Ac ubi vespertina eadem sit ijs quos siccitas
 male habet utilis esse cap. vlt. lib. 3. de sanit. tuen. ci-
 tato, Galenus dicit: Frictio igitur mediocris ad-
 huc in durationis tempore erit. Eius enim mora-
 nedum calore atente expedit uti. Quod equidem
 in encathismate quoque observari necessum est.
 Erit ergo caloris terminus, dum rubeat pars: mor-
 ræ verò, dum caro ipsa intumescat, & protinus
 desistendum. Continuò ab hac vespertina in-
 fessione, æquè ac post matutinam, leui cum lin-
 theo refecatione, oleorum oportunorum foru-
 & humectante aliquo vnguento utemur in tota
 mitricis regione. Quibus peractis, quandoqui-
 dem libr. 3. de victus. rat. in morb. acut. tex. 56.
 non protinus, sed ea, quæ à balneo fit, turbatio-
 ne prius sedata, cibum sumere Galenus consulit,
 à ratione alienum minimè erit, nos, fere vna ab
 encathismate transacta hora, laborantem cibare.
 Idque, aliquibus, ex superius adductis cibis, exhi-
 bitis, valentius quàm in prandio agemus, atten-
 ta tamen in hoc foeminae, tum consuetudine, tum
 capi

capitis firmitate. Animaduersione quoque eget, aqua post infesionem reficcadae modus, etenim ut a frigoris iniuria, quae labatur pars prohibeatur, dum eius aqua reficatur omnino nuda esse non debet; docentibus Hippocrate & Galeno lib. 3. de vict. rat. in morb. acut. tex. 54. Et huiusmodi aquae reficcationi, is, qui proximè succedere debet forus, ex oleis, fiet liliorum amigdalorum, & comuni, quod a strictione careat, permistis. Vnctio verò a fotu hoc vnguento aptissime fiet, quod recipiat mucylagininis radicis althaeae seminis lini & citoniorum vnc. iij. olei lilij albi & amigdalorum dulcium anavnc. j. & sem. misce & sufficere. addita cera vnguentum paratur. Ab his autem ubi vteri ficcitas nimia sit, eamque praesertim in eius ceruice, ac iuxta pudendum ad esse constitit, ex radicis althaeae & foliorum maluarum decocto euaporatio vtiliter parari valet. Nec minus conducet sesaminum oleum, solum aut amigdalorum oleo admixtum per vterinum clistherem moderatè calidum injicere. Denique emolientes pessae post vespertinam infesionem, nedum euaporationem maximè praestant. Optimus fiet pessus ex sola assungia fluilla, si ne sale vulgariter dicta, quam filum circumuoluat, eoque ipso appendatur Sed appositissimus pessus sic conficitur. Medullae vitulinae & adipis Gallinae anavnc. sem. sthiracis calamithae scrup. j. misce ac ex paucis amigdalorum dulcium, oleo cum lana confice pessos. His tamen & predictis pariter omnibus auxilijs (balneis, scilicet infesionibus, fomentis, vnguentis ac euaporationibus) uti minimè liceat, dum menfes fluunt, aut instat, sed post tres aut

quatuor dies à menstruæ purgationis solito trans-
facto tempore.

CAPV T IIII.

De curatione humidi uteri intempera-
menti.

Huius dig-
notio fo. 32.



ON Secus ac reliquæ tres uteri
intemperaturæ, quæ humida est
sibi oppositis victus ratione &
medicamentis curari experit.
Sicque in victus institutione aë-
re ad siccum vergente, exerci-
tatione multa, præsertim par-
tium superiorum, & paucio potu (qui quidem virū
sit album tenue ac vetus, aut aqua in qua anisi semē
bullierit simulque cinamomo aromatizata,) scemi-
nas uti consulemus. Ad hæc procibo exhibebimus
animum carnem assatam, sed potissimum gallinarū,
perdicum, montanorum passerulorum, turturum
& columbarum. Ex fructibus utiles sunt caparres
deposito sale ellixatæ; pro sunt etiam mali citrei,
arantiorum, & limonum cortices conditæ: quia ta-
men difficile coeuntur parua exhibeantur quanti-
tate. Olera vitanda, dum ptis paucis; sceniculo nimi-
rum, nasturtio, & rubra pastinaca: quæ melle aut
saccharo condita utilior existit. Condimenta verò
ex usu erunt quæ ex sinapi semine, vel aromatis pa-
rantur. Somnus meridians fugiendus. Hæc igitur
victus

victus ratione præmissa, minimè quidem reliquã curationis partẽ agrediemur, ni prius nobis animaduertisse accidat, proveniat nè vteri humida intemperatura, ac foueatur ab humidis in corpore superantibus succis; an toto corpore inculpato existente, vterus humectus appareat. Quemadmodum euacuatione nonnumquã comperimus, dũ à procatarticis causis humefit. Nam vbi primum se nobis offerat (vt fere semper accidit) corporis vacuationem per medicamenta & loca commoda moliri præ cæteris studendum. Quòd equidem & si magis oportunè quã in presentia, tunc peragi deberet, cum de curatione in fecunditatis ab humore intetero contento genitæ inferius est agendum: quia tam plerumq; humorũ culpa in toto corpore, aut particula aliqua congestorum humida vtero intemperatura succrescit, ideo quali ratione, ac modo, eorum euacuatio fieri debeat; hoc in loco per tractare haud immerito erit. Humida igitur in temperantia, quæ vel totius impuritatem, vel alicuius particule affectum sequatur, suæ generationis ac conservationis causam humidos succos proculdubio habet. Quiquidem cum & pituitosi & aquosi inueniantur, pro eorum differentia diuersas, tũ medicamentorum sortem, tum euacuationis occasionem exigunt. Etenim pituitosi humoris phlegmogis euacuari desiderat medicamentis; aquosi vero hydragogis. Ac in super hijs vbi impermixti sunt, eaque ratione ad alitionem haud idonei, modo viæ non sint impeditæ nihil in se quod purgationem remoretur, habent. Sed, aliter ac pituitosis

Potissima
ac prima con-
federatio ad
curationem
humidi vte-
ri in tempe-
ramenti.

Humores
aque si quan-
doe quibus
purgandi.

accidit, nulla expectata coctione (quod hanc non
 suscipiant) protinus sunt euacuandi, si Galeno fi-
 des adhibenda est, lib. quos & quando purg. opor-
 dicenti. Siquidē inter initia morbi, tenues & aquo-
 sos humores euacuabis, vbi verò crassi & tenues
 fuerint, quales suapte natura sunt pituita, & nigrabi-
 les, concoctionem expectabis. Si itaq; in toto cor-
 pore aquosi exuperent succi, quorū ratione vterus
 ultra modum humectetur, sola viarum preparatio-
 ne premissa, eorum purgationē aggrediemur, ali-
 quo statim ex hydragogis pharmacis vtētes. Quod
 equidem Galenum fecisse ab ipso accipimus lib. de
 precog. ad posthu. cap. 8. vbi Boeri vxori, muliebri
 fluxu propter aquosos redundantes succos laborā-
 ti, adhibitā à se ipso curationē refert. In consimili-
 bus tamen euacuandis humoribus, valentium fuge-
 re medicamentorū vsum pro posse expedit. Non
 enim nisi in grauibus malis, atq; inijs egris quibus
 leniora nō profecere auxilia, quæ valida sunt admi-
 nistrare decet. Sed eos affectus raro medicus repe-
 riet, quando ad in foecunditatem profligandam est
 accersitus: cum foemina vbi sic egrotat salutem po-
 tius quàm prolem exquirere cupiat. Cum hoc tamē
 si id affectus magnitudo postulet, præmisso leuior-
 um vſu, ad hydragoga validiora est confugien-
 dum. Aquosos ergo succos clementer elliciemus
 exhibitis vnc. vj. feri lactis caprilli cū drach. sem.
 pulueris spicæ nardi permixtis: aut drach. j. pul-
 ueris Mechoacani ex vino albo paucifero vel ex
 vnc. ij. decoctionis mercurialis ad mixta: aut
 eiusdem linozollis heruæ solo decocto. Clemen-

item operatione aquas educit ebullorum succus
qui, vel eradice, vel cortice cōtuffio, affuffio mercuri-
alis decocto eliciatur; cuius dosis erit vnc. j. cum
per pauca spica permixta. At si validioribus medi-
camentis sit opus, securè profecto brasica marina
(vbi vltra debitam non propinetur quantitatem)
vti valeamus. Hoc enim minus adhuc medicamēto
sum eo, quod ex aloe componitur, esse Galeno fuit
vissum libr. 5. de sanitat. tuen. capit. 9. vbi me-
dicamentum, quod magis medicamētolum sit, in-
terdicens marinā brasicā & enici semen, senibus
quibus pituitosum & aquosum excremētū exupera-
re dixerat ad triduanā vētris ad strictionem (quo-
ties hæc accadat) propinare consulit. Eric autē bra-
sicę marinę dosis in puluere quidem ad drach. j. ex
qua ac vnc. ij. feri caprilli, vel vnc. j. decocti ebulorū
per pauca addita spica parabitur potus. In succo ve-
ro propinabitur ad vnc. j. sem. cui quidem modicū
rhabarbari vtiliter permiscetur. Potest etiā ad vnc.
ij. in decocto cōcedi, serup. sem. rhabarbari admix-
ta. His hidragogis farmacis alia validiora existunt;
quę quidem potentissimē aquas educunt, cuiusmo-
di sunt chamelea, thimelea, elaterium, stibium pre-
paratum, & radicis iridis succus. Hęc tamen labo-
riose pargare omnibus est incōfessio. Qua propter
eorundem vsum vitare, dempto iridis succo (quē
experientia ductus ad drach. ij. posse citra nox-
am propinare fateor) securius existimo. Et eo
magis id rationi congruit, quod tutiori via
curaturo medico ipsum met pergere expediat.

Decurat steril.

Vnde ubi mitiorum medicamentorum (quibus ægritudo profligari valeat) materia non deest, ea quæ moleste purgant meritò quidē fugienda erūt. Supperit autem aquarum purgationi leniorū pharmacorum copia, nēpè prædictorū. Quæ, si prout opus sit ipsorum vsum iteremus ad quoscumque aquosos humores per aluum euacuandos; sola sufficient. Non tamen aquosorum omnium humorū euacuationem per ventrem tantum moliri debemus, sed (docente Galeno citato loco de præcognit. ad posthu) per vrinas etiam, ac insensibilem transpirationem. Aquosis itaque humoribus redundantibus protinus quidem ac primū purgatione utemur, aliquo ex adductis pharmacis exhibito: deinde verò aqua in qua assari & petrosolini radices bullierint vrinas mouere conabimur, interimque toties per intervalla purgationē iterare ex vſu erit, quoties serosorum humorum postulet copia. Atque ubi hæc quodammodo deposita appareat, ea quoque quæ percutis perspiracula insensibilis sit euacuatio, frictionibus ac in vñctionibus, specialius promouenda erit, cotidie nimirum (vti Galeno placet) ieiuno ventre, primū quidem mollissimò, deinde asperrimo sindone, corpore perfricato: ac in super melle peruncto. Quippe peccantem humorem: qui ad vterum accedens ipsi officit, omnibus modis quos utilitas postulat, tum euacuare, tum auertere studendum est, siue aquosus, siue pituitosus sit. Sed huius euacuationem (ubi exuperās inuenitur, ab eoque præter modum vterus humefit) principio quidem phlegmagogis pharmacis

per

*Pituitosissimi
succii ad pur
gationem
præparatio.*

per infernam aluum moliemur: debita tamen viarum ac humorum præparatione præmissa. Quàm equidem probè exequemur, si eos exhibeamus syropos qui attenuandi, incidendi, & extergendi vim habeant. Quorum prius leuioribus uti oportebit; tunc præsertim cum similis eiusvè naturæ succus (quem nisi vbi lentus & viscidus sit, dùm in ventriculo existit adhuc citra præparationem lib. 7. metho. cap. 1. Galenus vacuat) in prima regione redūdans appareat. Hunc enim liquefactum ac fustum in corpus trahi, indeque maiora mala consurgere formidari expedit. Vtile ergo erit rhodomelle primūm uti, aut solo, aut oximelli (si uterus permiserit) admisso. Deinde primæ regionis crudos succos (vbi ad sint) leni pharmaco purgare: cuius vis ultra primas non ascendat venas. Huius equidem fortis sunt cassia fistula, manna, & syropus ex pluribus infusionibus rosarum persicarum. Ad eosdem quoque crudos purgandus succos, qui in ventriculo existant, medicamentum ex aloe Galenus parat eodem metho. capit. 1. citato. Quod equidem, leui dicta præparatione, vbi viscidae ac lentæ cruditates existant, præmissa, prout earundem cruditatum postulet copia iterare præstabit. Verūm si eodem semel aut bis exhibitō medicamento cruditates in primis in esse venis constiterit (à quibus aloës ut ex Galeno constat, lib. 8. de comp. med. secundum loc. cap. 2. eas atrahere nequit) pillulæ aut boli ex rhabarb. ro aloe & agarico troiscato, cuiusque quantitate scrup. j. mixtis & cum rhodomelle formati, bis aut ter per intervalla prebeantur ac mire præstabunt.

*Pituitosus
succus a vena
triculo aloës
evacuatur.*

*Pituitosus
succus qui-
bus medica-
mentis præ-
paratus &
quibus pur-
gandus.*

Quippe non modo quod in ventre & primis venis
relictum sit crudum; sed non nihil eius pituitosi suc-
ci, qui in secunda ex superat regione, euacuabunt.
Quibus factis si pituitosum succum iecori ac veno-
so generi affluere constitierit, ampliori opus erit ad
eius euacuatione, in scissione, attenuacione & exter-
sione vti. Quæ sanè opera præstare habet hydro-
mel ex decocto hyssopi aut organico confectum; syrupus
item de bizantijs, & syrupus de radicibus, sine ace-
to, aut cum eo si id vterus non renuat: eosque aquis
foeniculi graminis, melissæ, aut betonica diluemus.
At ubi semel purgatio pituitæ sic præparatæ fiat;
prædictis equidem syrupis syrupum de artemisia,
decalamintha, admiscere proficiet. Idenim in vteri-
etiam venis contentam pituitam attenuare, ac inci-
dere valent. Id tamen potentius efficiunt si pulegij
vel calaminthæ aquis, aut de cocto sabinae, (quæ
omnium ad id valentior existit) diluantur. Fiat au-
tem pituitosi humoris purgatio exhibitis, vnc. iij.
syrupi ex pluribus infus. per sicarum cum infusio-
ne drach. j. aut drach. j. & sem. agarici trociscati: aut
cum expræssione vnc. sem. seminis carthami, permi-
stis. Si vero valentiori opus sit pharmaco, electa-
rium Indum, minus ex vso erit, drach. iij. quantita-
te; quæ quidem vnc. iij. prædicti syrupi aut vnica
sem. diacatholiconis ex anisi decocto soluti misce-
tur, vel eodem drach. iij. electarij Indij cum drach.
j. aut scrup. ij. agarici trociscati permistæ in bucella-
rum forma paratæ. Quod si pillolis eundem humo-
rem euacuare vellimus quæ de agarico dicuntur

ab vnica drach. ad drach. j. & sem. exhibita ad id ap-
tissima existunt. Nec minus quidem commodè (li-
cet debiliores ipsa sint) ad drach. j. & sem. etiam
prodest, his possumus uti pillulis quæ recipiant: Spe-
cierum hierapichræ vnc. sem. medullæ seminis car-
thami, agarici, & turpeti, anà drach. ij. masthicis
drach. j. radicis galangæ salis gemmæ, spicæ, & zin-
ziberis anà scrup. sem. misce, & ex rhodomelle for-
metur massa. Verùm si pituitosus humor, qui sui af-
luxu uterum humectat, à capite euacuandus sit: eius
præparatione præmissa per syropos qui particu-
lam hanc respiciant, (cui vsui syrupus de sthecade
omnium maximè conducit) descriptis pillulis poni-
dere drach. j. aut scrup. iij. uti summopere præsta-
bit, dùm modo eidem compositioni hæc addamus,
nempè pulueris sthecados drach. ij. pulpæ colo-
quintidis scrup. ij. & formetur massa cū syrupo sthy-
cados. In eundē quoq; vsu pillulæ cochis cōueni-
ter exhibētur. Quod si harum drach. sem. vel scrup.
ij. pari portione pillularum agarici commisceas, mi-
re proficiet. Paulatinè etiam purgare quibuslibet
ex dictis, quæ à capite vacuant, exhibitis pillulis (ubi
cerebrum ipsum ex proprio nutrimento haud pro-
bè confectum, vel ab excremento, per loca à natura
huic muneri dicata, minime ex purgato crudum ac-
pituitosum cotidie congerit succum) magni emo-
lumenti erit: binis equidem pillulis, singularum
pondere scrup. sem. existente, quarto quoque die
concessis. Præstat præterea pituitosi succi exupe-
rantiam per vomitum reuulsione euacuare. Eua-
cuatio enim hæc, & si ijs qui violentè vomunt,

tant ventriculi inflammationem continuivē solut-
 tionem patiuntur ac simul ijs qui aliquo cerebri la-
 borant affectu, qui per consensum à ventriculo
 non sit, vbi promoueat, ex eo plurimum no-
 ceat; quòd laborantem ventriculum tum valida
 concussione debilitet, tum vitiosos humores ad
 eum alliciat; caput verò infirmum eoidenter reple-
 re fit nata. Cum hoc tamen quibus pituitosus len-
 tusque humor ventriculo est infixus, si ad vomē-
 dum sunt idonei, Galeno consulente lib. 7. metho-
 capit. 11. utilis proculdubio vomitio existit: & eo
 maximè in præsentī casu præstabit, quòd à pu-
 dendis partibus reuellere habeat, ipsomet docen-
 te Galeno, libro 13. Method. capit. 11. Eiusmo-
 di igitur euacuatio ijs foeminis, quæ facile vomant,
 non modo à cibo (qua quidem occasione, eis, qui
 ventrem & corpus modicè purgare volunt, ex usu
 esse libro de salubri diet. text. 22. Galenus profert)
 sed ieiuno ventre; vbi nimirum ventrem corpus-
 que magis purgare, & pituitam ad vterum fluen-
 tem reuellere cupimus, per utilis erit. Vomere au-
 tem consulam foeminis ijs quarum vterus accido-
 rum sustinet usum; ex oximellite & raphani deco-
 cto. Est enim auxilium hoc ad consimilem euacua-
 tionem moliendam apud Galenum in usu: vt ex eo
 constat, lib. 7. meth. cap. 11. At vbi acetosia vterus
 renuat, hydromel, ex raphanis decocto paratū, exhi-
 bere conducat. Quod si alijs vt i vomitorijs placeat,
 ad Actium confuge, qui senm. 2. capit. 119. vberem
 eorum affert copiam. Quorum usus & si facile ab
 ægristolerare accidat, frequentius quàm quarto,

vel quinto quoque die, esse non debet. His igitur modis ac medicamentis, prædicti serosi, vel crudi ac pituitosi succi vacationem, in humido uteri curando intemperamento, antetopicorū vsum mollemur: ne horū calore superfluens humor ad uterum attractus confluat. Localia autem medicamenta, quæ uteri excedentem humiditatem corrigant, ei quidem per infusiones, inunctiones, iniectiones, fomenta, emplastra, suffitus & pessos adhibenda sunt. Encatasmata seu infusiones vtiliter fiunt ex aquis salis aut aluminosis, seu quodlibet aliud desiccans minerale habentibus. Nec minus conducet si ex absinthio; balauftijs, rosis, matricaria, lentilci folijs, & roris marini surculis, vino rubro coctis, parentur. Iniectiones (nè uterum prætermodum densent) citra momentaneam astringentem siccare non debent. Quo fit ut illa aptissima sit, quæ recipit, corticum thuris & cyperi triti anā vnc. iij. mirrhæ electæ vnc. j. coquantur in lib. iij. aquæ quo usque vnica remaneat libra, cuius collatæ semel in die vnc. iij. pro qualibet vice moderatè calidæ iniiciendæ sunt. Eadem etiam quantitate ex ligni guayaci & perpaucæ spicæ decocto plurimum præstat iniectio. Fortis vtiliter fiet ex absinthij spicæ nardi & mirthi oleis, inter semixtis. Ex quibus equidem oleis cum pulueribus rosarum, chame-mali, & corticum granatorum, sufficienti addita cera, haud inutile vnguentum parari valet. Vtilius tamen subsequens esse implastrum vera experientia didici quod recipit, stircis calamithæ, Belzoini, tacamacæ, carannæ, anā vnc. sem. sanguinis

*Topicorum
vsum antecor-
poris prou-
dentiam quo-
mo loofficiat*

guinis draconis, lapidis magnetis, lapidis ematidis,
 thuris, masthice ana drach. ij. radice bistortæ, gum
 mi inuiperi, nucis muscatæ, chermes, & rosarum ru
 bearum ana drach. j. & sem. calami aromatici, balau
 stiarum, ligni aloes, galangæ anadrach. j. moschi
 scrup. j. ambraë scrup. sem. colophonix vnc. ij. hæc
 omnia probè misceantur, ac emplastrum fiat. Quod
 equidem in duo tenera coria extendatur. Quorum
 alterum ab umbilico ad pectinem totæ matricis re
 gioni apponendum; alterum verò lumbis. Suffi
 mentis præterea vterum exsiccare mirè proficiet.
 Cui sane vsui illud per utile erit quod ab Auicenna
 libr. 3. fecn. 21. tractat. 1. cap. 9. ex mirra stirace,
 & baccis lauri paratur. Quibus si quidpiam mos
 chi, aut ambraë, simulque nucis muscatæ, macis, ga
 riophilorum & corticum thuris nonihil iungatur,
 aptissima ad idem suffitio fiet. Pessis denique si hu
 mecto vtero subuenire vellimus, ab Auicenna eo ip
 so loco hunc accipiemus; qui quidem ex vernice
 masthice & thure conficitur: eritque magis profi
 cuus si ei ambraë moschi aut zibeti nedum & nucis
 vomice vsuæ puluisculus adijciatur. Atque ex hoc
 etiam solo, lana excepto, haud inutilis formabitur
 pessus. At si validè pessis ex ficare nobis placet, eis
 vilicebit à Rasio lib. 5. ad Regem Manfor. capit.
 7. adductis; quos ex stibio & iamento alumine; aut
 ex hoc & salegemma permistis, ipse cõponit. Quod
 si hos pudendi lotio præcedat ex aqua, aut vino, in
 quo tegumenta crassa putaminum glandium, &
 balaustie bullierint, vltiori, per hoc auxilij genus,
exsiccatione vterus minime indigebit. Qualiter
 igitur

igitur simplices omnes vteri in temperaturæ curandæ sint dictum manet. Quæ verò ex eisdem implexæ insurgunt, sufficienter quidem curari habebunt, si præsijs calidis, aut frigidis; humectandi aut siccandi auxilia, ex ijs quæ dicta sunt, permisceri contingat.

C A P V T V.

De curatione fœminæ a sterilitatis, quam vteri morbum in soluta continuitate sequitur.



VTERI A concipiendi actione aberrationem, morbum in soluta vnitare, insequentem, qui curare vult, istius morbi efficientes nedum agentes causas contemplari tenetur. Solui autem in vtero (non fetus ac alijs accidit partibus) continuitatem diximus, aut ab internis, aut ab externis causis. Primæ illæ si matricis continuitatem soluant, dum ipsæ adhuc in corpore præsent; ab harummet sublatione curationem auspicari debemus. Sicque vteri continuitas soluta, ubi plenitudinē distendentē causam habet, ab istius depositione; ubi verò humores erodentes, ab horū euacuatione in initio sumpto curanda venit. Sed quando huius

*Huius generalis digno-
tio, fol. 223*

*Huius specialis digno-
tio fol. 223.*

82
 mali causa sanguinis redundantia existit, et si hanc
 sola curare habeat euacuatio; eiusdem tamen san-
 guinis, tum nouum prouentum, tum ad partem af-
 fectam affluxum, præcaueri necessum quoque erit.
 Quinimò ipsa ulceris sanatio, quoties à fluenti suc-
 co accidit impediri, eius sola se data affluentia, perfe-
 cta vique erit. Primum ergo illud extenuante vi-
 ctus ratione, alterum verò, nō quomodumque san-
 guine misso, sed reuulsorie, putà scissis giberi venis,
 perfici debet. Reuulsionis autem gratia euacuatio-
 nem partiri conuenit. Etenim reuulsio ipsa docen-
 te Galeno lib. de curat. rat. per sang. miss. cap. 12.
 quanto maiorem in numerum particulares aux-
 ris detractiones tanto efficacior fit. Sed euacuatio-
 nis quantitas pro ratione plenitudinis, viribus con-
 sentientibus, erit: simul tamen attentis sceminae té-
 peramento, corporis habitu, huius euacuationis cō-
 suetudine, præcedentibus victus & vitæ ratione,
 excretionibus factis aut nō factis, cruditatibus, ani-
 mi deliquio seu oris ventriculi vexatione, atque æ-
 ris etiam temperatura, in tempus & regionem di-
 uisa.

*Humoris re-
 dundantis pe-
 culiaris dig-
 notio fol. 22.
 et 23.*

Si verò humores toto corpore redundantes
 (aquibus, mordacitate erodentibus, continui solu-
 tio in utero fiat) ante ulceris curationem (ut ipse
 postulat curationis ordo) euacuare vellimus: id qui-
 dem (communi illo ducti præcepto, quod scilicet
 caco chymie debeat purgatio) expurganti phar-
 moco vtentes, ex arte moliemur. Rite autem, fiet
 si pharmacum, tum pro diuersa humoris natura di-
 uersum, tum debita prius preparatione vsi, exhibea-
 mus. Eiusmodi ergo preparatio non humoris tan-

tum

rum, sed corporis etiam erit. Sed, quæ nam ad purgationem oportuna sit corporis præparatio, ab Hippocrate accipimus, lib. 2. aphor. text. 9. ubi commune illud præceptum statuit nepe corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere. Expedit enim vias, per quas noxius humor euacuari de-
det, liberas, & expeditas esse. Humorum præparatio, quæ, medici muneris est, cum ad purgationem uti ab ipso met præparando humore, qualis futura sit apta, indicatur. Quauis enim, qui mordax est, humor mittem reddi exoptet; non tamen hac sola præparatione vitiosum redundantem succum, qui dum matricem petit ipsam erodit, euacuare oportet; sed ubi crassus sit attenuari, ubi lentus inscindi, ac ubi viscidus eum extergi ante purgationem necessum est. At tenuis fluxilisque succus, ut debite euacuetur, solius acris qualitatibus moderatione eget. Sic ergo biliosus succus porraceus, æruginosus vè, qui sua acrimonia corrodit, ubi mitescat, viarum præparatione præmissa illico purgandus est. Mitificatur autem à medicamentis, quæ contrariis eis, à quibus humorum mordacitas gigni habet, qualitates possident. Vnde cum acer & mordax per adustionem quinis reddatur humor, calore & siccitate necessario prepollebit; ac subinde ad sui mitificationem frigidis & humidis victus ratione indigebit & medicamentis. His ergo corrodens bilis pro sui præparatione opus habet. Quo sanè exoperante humore frigida & humida victus ratio instituetur: si ær vel natura, vel ex floribus & heruis frigidis & humidis arte paratus, ad has qualitates vergat; somno foe-

*Humorum
mordacium
ad purgatio-
nem præpa-
ratio maxi-
me biliosorum.*

minā utatur moderato: cui rei, ubi vigiliā infestē
 ars opituletur: quiete item animi & corporis funga-
 tur: aluū vel natura, vel arte lubricū habeat: aquam
 hordeo ellixatā potet; & subsequētes summat cibos:
 ex oleribus quidē lactucā, portulacā, & cucurbitā:
 ex fructibus pruna & pira coctas: ex carnibus verue-
 cis, & agnorū qui nuperrimē enati non sint: perdi-
 cū etiā iuniorū & gallinarū, sed maxime pullorū:
 quorū ius cū lactuca aut cucurbita coctū mirificē cō-
 fert. Ultra hæc syropos etiā, qui consimilem obti-
 neant vim, biliosi succi erodens qualitas ut mitescat
 postulat. Cuius equidē sortis syrupus violatus, & sy-
 ropus ex succo cucurbitę existunt. Verū si aliqua
 crassi ac visceri humoris portio, vnā cū bile, in cor-
 pore adsit, cuius ratione vię expedite minimē sint:
 dictis syropis aliquē aliū qui leniter detergat, & ape-
 riat admiscemus. In quē vltimū syrupus endiuie sim-
 plex optimus habetur. Sed nec alicuius syrupi astrin-
 gentis vsus omnino defugiendus. Aberodentibus
 enim succis natura lacerata (ut se a molestia libe-
 ret) eosdē mouere cogitur. Quē sanē motū, ne ad
 affectā particulā vitiosi ipsi confluant humores, nō
 modò frigidis syropis, sed ijs etiā quibus restrictio-
 nis austeritasq; quid piam sit adiunctū, cōpescere
 oportet. Cui opeti aptissimos habemus syrupū ro-
 sarū, syrupū malipunici accidi, de acetositare citri,
 de succo limonū, oxalidis & cidoniorū. In ijs tamē,
 qui accidi sunt, vtendis, semper vtero cōsulendum.
 Biliosos suc-
 cos purgan-
 tes
 Bilioso igitur erodēte sic preparato sicco: eius per
 medicamentū expurgans vacuationē molimur.
 Cholagogo quidem propinato pharmaco, ut ipse
 qui

qui peccat, citra aliorū agitationē, excernatur humor. Qui sanē, ne avalidiori exaceruetur pharmaco clemētibus medicamentis purgāduſ est. Quo fit vt ſubſequens potio maximē præſtet, quę recipit, rhabbari drach. j. aut ſcrup. iij. infunde per noctē in aqua cychorij, & expreſſioni adde ſyrupi ex 9. infuſ. violarū vn. iij. Cōfer etiā loco huius ſyrupi eandē quantitātē apponere ſyrupi ex 9. infuſ. roſorū rubeorū: aut vnc. j. pulpe caſſi & fiſtulę diſſoluere, addita ſufficiēti aqua cychoris cū prædicta rhabbari expreſſione: aut caſſiā ipſam in bucellas diuiſam exhibere, eadēq; inſuſione ſuperbibēdā propinare: pariterq; in eadē mannā quantitātē vnc. iij. in eo ipſo inſuſſo diſſolutā præbere. Quę quidē medicamenta ſi eiſdē vitioſi humoris poſtulet copia, prædicta præparatione præmiſſa vtiliter iterare valemus. Et ubi ab eorū uſu, calorē, ſitim, aliquāvē moleſtiā in vētriculo ac inteſtinis ſceminantur: Primū illud decocti hordei vnc. iij. aut vj. cō. vnc. j. ſyrupi violarū ſequenti die, ieiunē, aut modico ſaccharo roſato prius deuorato, epote corrigere habent: reliquū vero ex eodē hordei decocto oleo roſarū, aut violarū & vitellis ouorum paratus cliſther emendat.

Quod ſi a ſalto pituitoſo exedēte ſucco in vtero oritū ſit vlc⁹, humor hic diligētiori quābilis præparatione eget. Crāſſus. n. exiſtit lentorēq; ac tenacitatē vt plurimū obinet: quo fit vt attenuari, inſcindi, & ex tergi, haud aliter quā mitigari, deſideret. Quinimō nō adeo mitē, ac fluxilē reddi mordax iſ expoſcit humor. Etenim citra id q̄ præparatione dicta fluxilis fiat debitē euacuari nequit. At licet minimū

Pituita ſalſa ad purgationem præparatio qualis.

*in ſtinnu
2. diſp. q
em magis inq
in m. m. m. h.*

curæ

curæ mutificandæ acrimonię impertitum fuerit
 haud quaquâm aberrare nobis accidet. Salsa enim
 pituita minorem sortitur calorem quam ut excede-
 ret, nisi id à suæ substantiæ haberet crassitie. Cuius
 ratione (Galeno auctore lib. 4. de simp. med. facol.
 cap. 2. & cap. 21.) nonnulla calida alijs calidioribus
 (quod hæc tenuiores substantiæ sint) vehemētius
 mordicant. Quibus de causis omne fere nostrum
 studium in crassi salsi succi oportuna modi substā-
 tiæ præparatione collocari debet. Sic ergo (debita
 victus ratione præmissa per cibos boni succi, porū
 vini albi aquosi, vel aquæ in qua anisi semen bullie-
 rit, aut cinamomo aromatizata, somnū ultra me-
 dio crem, & alui lubricitatem) syrupos tribuemus,
 quibus vis insit attenuans, nec non & inscindens si-
 mul & extergens, silentor & tenacitas comitentur
 crassitię. Quibus si quid piæ, quod aliquantulum
 demulceat, adiunctum sit, nihil utique in præpara-
 tione desiderabitur. Ea omnia procul dubio suffi-
 cienter efficiet syrupus fumarizæ syrupo borragi-
 nis admisto. Ille enim succi præsertim salsi crassiti-
 em, debite præparat, hic verò cum calidus & hu-
 midus moderate sit, tū humida qualitate (quæ adu-
 sioni habet suffragari) aliquid acrimoniæ in hu-
 more salso placabit: tū suo moderato calore intē-
 siorem, quo fumarizæ gaudet, remittendo, mordaci-
 tatis etiam mitigationi conducet. Ex usu quoque
 erit si capillorū veneris decocto diluti (quia id vte-
 rum respiciat) syrupi dicti propinentur. Salsum
 erodentem succum, sic præparatum, pharmaco,
 quod cum educere habeat, purgare aggredimur.

*Pituita sal-
 sa quibus
 purgatur me-
 dicamentis.*

Cui

Cui sane vsui celebre illud, quod composuit Ha-
 mec, præ omnibus elligendum, doctis quidem, vbi
 eo solo vimur, drach. v. non excedet. Sed mirè cō-
 ducet si ex eiusdem drach. iij. in vnc. iij. syrupi ex. 9.
 infus. persicarum & sufficienti aqua fumarie aut
 lupullorum, vel decocto mercurialis dissolutis, pa-
 retur potus. Eadem quantitate in bucellarum for-
 ma cum vnc. sem. dyacatholiconis, aut drach. vj. vel
 vnc. j. cassie fistulæ, & modico saccharo permixtū,
 vtiliter etiam tribuitur. At si debilem fœminæ na-
 turam simile minime posse ferre medicamentum,
 nobis in suspicionem veniat, haud inuile erit, si eo
 ipso medicamento sine scamonio & coloquendi-
 da confecto, vtamur. Quam sane compositionem
 confectionem Hamec simplicem nostrates appel-
 lant. Hæc satis elemēter purgat, duplaque alterius
 quantitate (siue sola, siue prædictorum medicamē-
 torum cuiuspiam admixta) innoxie conceditur. Ve-
 rùm si bolos, aut potiones sumere fœmina mole-
 stè ferat, eundem salsum succum vnica drachma
 pillularum fumarie assumpta vtiliter euacuabit.
 Id tamen elemētius fiet si earum drachma semis,
 pari quantitati pillularum rhabarbari per mixta, cō-
 cedatur. Quod si vberior salse pituitæ copia, quam
 vt semel, aut bis, expurganti exhibitio pharmaco,
 euacuari valeat, forsan ad sit: & eo maxime si in
 tertia adhuc regione, partibusque cuti quàm ven-
 tri proximioribus idem quoque humor redundet;
 huius equidem euacuationem ligni guayaci, radi-
 cis Chinæ, aut rubi viticosi, (qui communiter sal-
 sa parvilla dicitur) propinato decocto, per sudores

De curat steril.

*Pituita sal
sa genera-
tionis cau-
sa.*

etiam molimur. Eo in his, qui vulgariter est invul-
seruato ordine. Nec de vitiosi tantum succi, qui ad
vterum fluit, nobis toto animo cogitare expedit;
sed simul etiam de ea, à qua ipse gignitur, causa.
Quæ quidem ubi ad huc in corpore manet, si abs-
cindenda est, eiusdem falsi humoris generationis
modum ut expendatur exigit. Salsam fieri pituita-
ant per putredinem, aut per serosæ salsæ humidi-
tatis mixtionem, lib. 2. de differ. feb. cap. 6. Galenus
docet. Quando ergo intra vasa, media putredine,
gignitur, ac putridæ febris materiam suppeditat, eas
profecto ipsas, quas putredo, pituitæ quoque sal su-
go causas obtrinebit. Quæ sanè abscondendæ sunt
propria eiusdem febris adhibita curatione. Hanc ta-
men ad suum locum, (quia huius non sit) reijcere
rationi decuit. Qui vero ex humiditate serosa salsa
dulci seu insipidæ pituitæ aut alteri simili succo as-
fortiata, pituitosus salsus producitur humor, eas vri-
que sortiatur causas, quæ eosdem pituitosos erudos
que humores, simul & serosos salsos cumulare ha-
bent. Horum redundantiam larga serosi excremen-
ti generatio, & diminuta ex purgatio in corpore
creant. Diminutè autem expurgari serosum acci-
dit excrementum (ut ex Galeno constat lib. 3. de
symp. cau. cap. 2.) vel propter instrumentorū, quæ
huic deseruiunt operi, imbecillitatem, vel propter
viarum angustiam. Copiosè verò generatur, si vel
usus aquæ potus immodicus sit, vel concoquens he-
patis virtus parum commodè se habeat. Imminu-
tam hæc operationem edit, ob frigidam, vel humi-
dam, vel ex his compositam hepatis intemperiem;
aut

aut ob veneficam eiusdem visceris à Gallico affectu
qualitatem. Vbi ergo iccoris, quæ concoquit, facul-
tas diminute agit, non modo ceu parum elabora-
rum, serosum sed pituitosum etiam sanguinem gignit.
Huius quoque vberi generationi humores frigidi & crudi (quos ventriculus venis reddit) opitulantur. Hosce enim vel ob externum errorem; vel ob intemperantiam, maximè frigidam, vel indebitum amplexum, in ventriculo generari comperimus. Crudum etiam succum (qui in lipidæ pituitæ naturam redolet) cerebrum frigiditate intemperatum coaccruare solet. Frigido igitur hepatis (cuius leuior frigida intemperatura cachexiam, insignior verò hydropem parit) alijs auxilijs ab ijs, quæ hæc postulant affectiones, subuenire non licet. Quod si frigidum & humidum ipsum sit viscus, cum eadem etiam, dum sic afficitur, gignat affectiones, ipsarum quoque proprias exigit curationes. Nec humidum sanè, cum malum pariter corporis habitum excitare habeat, ab huius curatione aliam desiderat. Omnes tamen eiusmodi curationes, quia institutum nostrum transgrediantur (ut suo loco petantur) in præsentia omittere nobis merito decuit. Hoc tamen vnum præ notare haud infrugiferum mihi fuit visum: in cachexia nimirum, & maximè in hydrope peccantium succorum euacuationem peculiarem sibi rationem & modum præscribere. Non equidem quòd per ventrem & cutim, (æquè ac de humoris falsi euacuatione est dictum) exerceri non postulet; sed quòd tùm

*Quibus par-
gationibus
in hydrope
&c cachexia
vbi conue-
niat.*

quod tū purgatio nec valentibus phārmacis, nec
 pleuē, nec dū minoratiuē fieri debeat, tū eua-
 cuatio quæ per cutim fit, medicamēta leuiora ijs,
 quæ sudorem mouent exerceri requirat. Iecoris
 enim momentanea frigiditas, quæ hydropem gignit,
 naturalem ipsiusmet visceris, ac venarum potē-
 tiam effatudigna imbecillitate afficit. Quo fit vt, si
 quidem ad corporis purgationem naturā esse ad-
 miniculantem exigitur, haud rectē equidem hæc,
 tali lāgore vexata, alijs quā per epichrasim factis,
 hoc est, paulatinis purgationibus sufficiat. Quas
 profecto solas hepatis obstructio (quæ haud mag-
 nam adhuc eiusdem frigiditatem sequitur) & co-
 piofi pituitosi succi euacuandi natura, iurē postu-
 lant. Quippe si purgatio, siue plena siue minorati-
 ua vias liberās ac expeditas esse requirit, & pituito-
 si succi crassities attenerari postulat, tū illarū vsum
 præsens obstructio penitus respuet: tum humores
 crassi copiosi, qui eo maximē quod cotidie à frigi-
 do hepate generentur, omnes simul attenuari ne-
 queūt ne illi qui attenuati iā sunt, vbi morētur eua-
 cuatio, in totum corpus agantur in ipsasque impin-
 gantur venas, frequentibus purgationibus indige-
 bunt. Pualatinē igitur tantum vbi notatu digna
 hæpatis ad sit frigida intemperatura purgare opor-
 tet. Nec id certe valentibus phārmacis est agen-
 dum. Ab eorū enim violenta attractione cum ob-
 structio tum humorum crudorum copia abhorret.
 Consimilis etiam frigida eiusdem visceris intem-
 perantia ligni guayaci rubi viticolsi, aut radicis
 Chinæ pro sudoribus mouendis vsum secure mini-

me admittit. Quippe cum eam vbera crudorum humorum generatio sequatur, eosque ipsos ad corporis habitum prædicta medicamenta mouere habeant, transpirationem ac perspirationem quæ percutim sit hac ratione impediri formidandum est. Præterquam quod eorundem crudorum succorum multitudo, ubi ipsi ab illorum calore liquentur, in imbecille viscus (non secus ac de balnei usu libr. 1. & metho. cap. 20. Galenus timet) facile decumbet. Neque item inter ea, quæ sudorifica medicamenta respiciunt, id omnino contemnendum iudico, quod scilicet eorum usus, nisi sanguinis detractione præmissa, haud valde tutus haberi debeat. Cum in frigido affectu cuiusmodi hydrops existit, ni quando à suppressa aliqua provenit sanguinis euacuatione, in 4. Hipp. de vict. rat. in morb. acut. text. 111. & lib. de venæ section. aduersus Erasistr. cap. 5. sanguinis missionem Galenus interdicat. Ad huc igitur ex eo tantum quod sanguinem mitti similis affectio recuset, minime eidem sudores adhiberi posse haud immerito existimo. Verum si leue sit eiusdem visceris in temperamentum (quemadmodum in cachexia sæpè euenire solet) securè equidem sanguinem detrahere, sudare, ac præ adductis purgationibus uti (ubi ex usu hæ sunt euacuationes,) ut plurimum sustinet.

Serosi excrementi copiam, quam eius vbera generatio producit, ultra immodicum aquæ potus usum, alticis hepatis virtutis culpa cumulari diximus: eam verò, quæ, serosa eadem humiditate diminute expurgata, superfluit, vel ab instrumentis

rum, quæ huic deferuiunt operi, imbecillitate, vel à viarum angustia prouenire. Ex purgatur autem quod serosum est, tum à renibus attrahentibus; tum ab hepate expellente. Quorum sanè membrorum imbecillitatis causa, (præterquam quod ubi immodica sit, quæuis discrasia propriæ virtutis deiicit actum) frigida, aut humida, aut ex his composita est intemperatura. Viarum angustia, non modo in ijs quæ vrinæ ministrant, sed in cutis etiâ exiguis perspiracalis, si inueniatur, serositatis euacuationem morando, eius redundantiam causare habet. Fieri autem accidit, vel ab obstructione, vel conuiuentia, vel aliquo in instrumentis tumore, vel à circumiacentium partium compressione. Præsentis tamen nostri instituti minime est singularum partium (à quibus morbosæ causæ vtero præstantur, proprijs affectionibus ex professo mederi. Aliàs enim librum potius haud exiguum de varijs medendis morbis, quàm de profliganda sterilitate breue volumen contexere esset. Quo fit vt, tum iecoris intemperierum, quatum ratione eius virtus expellens serosum excrementum imbecilliter excernit; tum earum quæ renum attractionem imbecillam reddunt: nec non & reliquarum particularum quæ vrinæ deferuiunt, instrumentalium morborum curationes, aliunde petendas, merito omittamus. Præterea etiam propter veneficam à Gallico affectu qualitatem, serosum excrementum; & crudus pituitosusque sanguis (à quibus pituitæ falsæ generationi suppeditatur materia) copiose in hepate generantur. Quæ sanè Gallica affectio

supc.

superius dictas eiusdem fœtuginosi succi per expurgantia medicamenta & sudores ad sui curationem requirit. Eas ergo valentium medicamentorum usu (modo id fœmina ferat) perficiendas esse desiderat: ne dum & sudores debitis alexiterijs moreri. Idem quoque affectus à pozematis ac syrupis ex eis ipsis à lexipharmacis confectis, inunctionibus item & suffimentis, quæ ex hydrargiro, y cy naprio parantur, interdum (prout occasio exigat) opus habet. De quibus equidem omnibus speciatim agere, à præsentī etiam oratione est alienum.

Præsidium tamen vñum, eidem affectioni, mirabili alexiteria vi præ omnibus eximia laude dignum, in medium afferre fuit mihi vissum. Quia licet communiter vulgare habeatur, eius tamen parandi ac vtendi modus haud multum peruagatus existit. Ego enim nullum vnquam cui esset apertus hucusq; præter patrem meum cognoui. Quem audiui, auxiliũ id, vt nulli alteri tradderet, ab insigni peritissimo, celebritateque famæ exteris etiam gētib; noto, Doctore Aldrete accepisse. Id ergo exprecipitato puluere in hunc modũ cõficitur. Vigoris pulvis triũ granorũ pōdere per sex dies in vñ. iij. aut vn. vj. aque rosacę maceretur: deinde sume pulueris galangę & nucis muscatę anã, g. vj. pul: rhab. electi & specierum diamargaritonis frigidi anã g. vij. Ex his ergo benè permistis cum drachmis tribus sacchari rosaci antiqui (hoc est superioris anni) vnica formetur massa: atque hac prædictus præcipitatus pulvis, à rosacea extractus, exci-

*Aldrete
Bucella*

piatur. Quibus deinceps adde pulueris sacchari albi drach. j. & sem. formeturque bolus. Cuius usus se offert occasio prædictis, per medicamentum expurgans & sudores euacuationibus præmissis; & post sudores, adhuc pharmaco præ assumpto. Sexto igitur ab huius ultimæ purgationis die præfatus bolus hoc ordine tribuendus erit. Undecima diei hora laborantem ellixata gallinæ carne & huius iure cibabimus: prandij tamen innitium erit cruda vnus, haud parui, raphani tota radix: ut hoc modo ventriculus postea pronior ad vomendum existat. In quem usum, raphani penuria, halex piscis salitus, ac rancidulus præbendus. Et eo ipso die hora pomeridiana quarta prædictum bolum mandendo laborans sumet. continuoque ad horam sextam, quoties possit, toties excreando spueri curabit. Atque à sexta ad octauam horam, interdum digitis, interdum penna oleo intincta, immisisis, vomendo tempus traducet: breuib; tamen aliquibus internallis (ubi id defatigatio poscat) à vomitione cessans. Quæ equidem, hora octaua, omnino desistendum; cunctis quoque hic potus propinandus. Olei communis ad strictionem carentis, & de coctionis foliorum sicla factæ ad medias anà vnc. viij. misce. Hac potione (ultra quam nec cibi, nec potus quidpiam, tota ea nocte, laboranti concedere expedit) quod viscidum ac lentum in ventriculo remansit; nec non & quidquid vitiosi succi sit ad intestina peruentum, per infernam album lubricitate & abstersione propellitur. At ubi hæc moretur euacuatio, vel ea ipsa nocte aliqua in ventre persentiat molestia, vel sequenti

tidie si necessitas haud inestet, aliquis iniiciendus est clister. Qui sanè ex usu maximè erit ubi per vomitum parum, aut nihil enacuatum sit. Quem modum interdum accidere solet. Verum ex medicamenti assumptione, tametsi vomitione nihil fuerit exeretum, maximam salutis partem ipsum accipientibus comparari, perpetuò vidi, copiosè tamè euomere vtilius semper existit. Nec formidandum equidem est eiusmodi vti medicamento, quia vigenis puluerem recipiat, qui aliàs igneam ac exedentem sortitur vim: cum hanc & diuturna illa in rosacea maceratio mitificet, & reliquorū (quibus ipse permiscetur) consortium impediat. Et eo præsertim eiusdem vsui securè fides est adhibenda, quod longa (vt dictum est) experientia, in ipsius exhibitione securitatem ostenderit. Id enim à patre meo, felicissimo semper euentu, esse concessum aliquoties vidi: eumq; pluries audiui, tum à præceptore dicto, tum à se ipso eundem præcipitatum puluerè; adducto modo præparatum, egrotis quam plurimis, semperq; citra aliquam noxam, magnæ cum vtilitate exhibitum fuisse: quamvis tam ipse, quam suus præfatus magister, non prædicta trium tantū granorū dosi, sed dupla profecto usus fuerit. Ego vero qui ultra nouem annos in Regio opidi Turdesillensis hospitio egenes gallica affectione laborantes, ibi ad sudandum receptos, ob proprium mihi munus, in curationem suscepi, eorum fere omnibus adductam præcepitati compositionem (quatuor nunquam excedens) trium tantum granorū dosi vt plurimum tribui. Cuius vsu nec detrimen

si quid piam; nec dum anxietatem notatu dignam
eisdem succrescere, vnquam consexi. Omnes ta-
men longe maiorem ab hoc quàm à reliquis, quę
sudores mouent alexiterijs vtilitatem acceperunt.
Nec Gallicam tantum patientibus affectionē eius
modi medicamentum mire subuenire est com-
pertum cum peculiari dote, vbi post sudores admi-
nistratur, epilepticos prorsus sanet. Ita vt liceat
vltra vigessimum quintum annum morbi comi-
tiales processerint, eo præsidio sanentur. Opus ta-
men interdum est, tam in ijs quàm in illis affecti-
bus qui altè radices egerunt, vt non semel, sed bis
etiam exhibeatur. Idque quinque aut sex interpos-
itis diebus à prima exhibitione iterare licebet. Ce-
terum animaduersione hac (à patre quidem acce-
pta) istius eget medicamenti vsus, quod scilicet ei,
qui per inunctiones, quę ex argento viuo paran-
tur, curatus iam fuerit, minimè præbeatur. Cuius
sane rei rationem ab eo sciscitans, ita agendum es-
se intellexi, quia argentum viuum (quod à simil-
libus in vñctionibus, notum est intra ossium cavi-
tatem collectum manere) à præcipitato puluere, eius
tractionem occulta vi aggrediēte, ad viscera mo-
ueatur. Qua sane de causa eger dictis inunctioni-
bus vsus, per præcipitati summptionē, hand leui se-
periculo obijcit. Expedit insuper, (si id ipsum me-
dicamentum secundum Aldereti mentem prorsus
conficere volumus) id etiā aduertere, quod patrem
meū seruasse scio, ipseq; perpetuò seruauit. Nempè
non quemcumq; puluerē dyamargaritonis frigidū
ad illius suscipere cōpositionem, sed illum tantum
qui

Qui secundum eiusdem Aldereti descriptionem paratur. Quæ quidem sic se habet. Margaritarum præparatarum drach. iij. lapidis granati, saphiri hyacinti smaragdi, anà drach. j. coralli rubri præparati, drach. j. & scrup. ij. coriandri præparati drach. ij. & sem. rosarum rub. drach. iij. santhalorum rubeorum & alborum anà drach. ij. & scrup. ij. spodij Arabum loti, & præparati, cornu ceruisti, & ossis de corde cerui anà drach. j. & sem. corticū seminis citri, seminis papaueris albi acetosæ portulacæ & basiliconis, anà drach. ij. doronici, tormentillæ, zedoariæ, glizirrhizæ rassæ, ligni aloes, anà drach. j. & scrupu. j. gummi Arabici, tragacanthi anà drach. j. & scrup. j. musci Arabum ambræ anà scrup. j. pannorum auri, & argenti anà. nu. x. terantur singula ordine debito, & inter se miscantur. Hac descriptione, omīssis alijs, quæ apud pharma copolas diuersæ inueniuntur, ab eis dyamargaritonis frigidi puluerem paratum haberi cōsulerem. Cordi enim in malignis ac pestilentibus febribus mirificè subuenit, cum aduersus manifestam qualitatem pugnans, tūm aduersus abditam, tūm etiam cordi ipsi similitudinem præstans. Cuius sanè rei veritatem, anno seuissimæ illius Vallisoletanæ pestis, eodem puluere in pestem patientibus vtens, fido experimento comperui: tū per os eundem intabellis saccharo confectis exhibens, quām exterius cordi vnguēto rosaceo exceptum apponens. Quaprofecto sola cordis inuēctione peste laborantē bubonis dolore se maximè cōconquerentem protinus ab ipso lenari haud semel

vidi. Igitur medicamentum (vt ad rem degenia-
mus) prædicto modo ex præcipitato paratum, quibus
fœminis vlcera, quæ sterilitatem pariunt in vte-
ro sunt, eaquæ à pituita falsa, quam Gallica suppe-
ditat lues, proueniunt, vtiliter exhibere licebit. Ex-
ceptis ijs, quarum affectus antea per inunctiones,
exhydrargiro confectas, prius profligatæ fuerint.
Sed quum serosum excrementum (quod altera pi-
tuitæ falsæ materialis est pars) propter angustiam
viarum, quæ in cute transpirationi deseruiunt, in
corpore redundat; eas quidem vias pro causæ natu-
ra aperire oportet. Sic ergo conuientia, quæ à fri-
gore fit contrahente, frictionibus, & oleorum, cal-
faciendi, ac laxandi vim habentium, inunctionibus
curari debet; si à siccitate, quam calfaciens aut as-
tringens causa produxit, leuibus frictionibus, tepi-
dæ aquæ ac dulcis balneis; vntionibus item hume-
ctantibus, & relaxantibus, eâ mederi conuenit. Mini-
mè tamen auxilijs his inconsultè vti licebit. Frictio-
nes enim quæ leues non sunt, si Galeno credimus;
lib. 4. de sanit. tuen. cap. 5. vntio calfaciens & maxi-
me balneum succos ad corporis habitum attrahere
habent. Quod equidem crudorum humorum co-
pia eorum præsertim qui in prima in sunt regio-
ne, omnino reuult. Videndum igitur est, an simile
in corpore impedimentum ad sit, vt hoc ipsum prius
per eorundem humorum coctionem remouum à
nobis sit, quàm ad auxilia dicta accedamus. Inte-
rim tamen leuiter corpus fricare nihil verat. Quod
si humores crudi qui alteram pituitæ falsæ partem
præstare habent, à ventriculo dimiautè concoquẽ-

te ortum ducant; præmissa eorum (per medicamē-
 ta, in curatione humide vteri intemperaturæ, addu-
 cta) debita euacuatione: eos adhuc, qui cotidie gignuntur per vomitum, quo à cibo sit vltro excernere nitemur. Interimque vbi ventriculus ipse patiatur, eidem pro ratione causæ subuenire; vbi externus error ipsius vitiet actionem, eum addimere omni curabimus studio. Sic ergo externus error qui ab extrinsecis provenit causis (à quantitate scilicet aut qualitate cibi & potus, horum ordine, & occasione, vigilijs, indebito exercitio, alijsque similibus rebus) ex debita tantum non naturalium rerum administratione probe corrigetur. Error verò à crudo humore, qui ex cerebro defluat, proveniens, cuius ratione, ventriculi concoquentis virtutis actione impedita, cruditarum in eo ad pituitæ falsæ generationem congeratur copia, (æquæ ac dum eadē crassior falsi humoris materialis pars ab ipso suppeditatur cerebro) huius mandantis membri providentia, emendari valebit. Ventriculi intemperatam per oppositæ qualitatis præsidia, quæ tamen, attentæ partis dignitate, simul astringant, prorsus curabimus. Ac denique eiusdem ventriculi affectibus, qui ciborum amplexum, ad coctionem obtinendam necessarium, vitiant, prociuiusque natura medebimur. Quorum omnium, licet peculiæ curationes, (ut suis locis petantur) in præsentia omittendæ sint, meminisse tamen abs re minime est. Quippe in tradenda profligandæ sterilitatis methodo, si ut res postulat agendum sit, illius causam ordinem ad harum usque principia prorsus

De curat. steril.

*Atrabilia-
ro peccante
succo qualis
requiratur
corporis pro
midentia.*

connumerare proculdubio cogimur: cum alias de
bitus curationis ordo (qui caularum sequitur serie).
quolibet in eius ostensione labore nostro minimè
obstante, mancus utique fuerit. Erat præterea alia
humoralis causa (quæ mordacitate sua utrum vlcere
rare solet) atrabiliaris succus. Cuius equidem in
læssam particulam fluxum inhiberi, ipsiusmet affe-
cti loci sanatio prærequirit. Sufficien-ter ergo ad flu-
xionem intercludemus aditum, si Galenum emul-
santes, dum canceri curationem 14. metho. cap. 9. af-
fert, humorem ipsum illico euacuemus; & mox, si
fieri potest, prohibeamus ne de cætero consimilis
humor colligatur in venis; & ubi id fieri nequeat,
eiusdem saltem succi euacuationem, per epichra-
syn moliamur: simulque particulam, ne ad ipsam
redundantis ac vitiosi humoris aliquid confluat,
firmam reddamus. Euacuare autem oportet non
modò genitum iam atrabiliarium succum, sed re-
dundantem etiam humorem, ex quo bilis ipsa atra
habet gigni. Quorum euacuatio per infernam ala-
bum exercenda est. Sed in primis succi atrii (si
quem super esse constet) purgationem moliri ne-
cessum utique erit. Quod sane munus vijs prius li-
beris ac expeditis redditis, & pernicioso eodem
præparato succo, sine cunctatione aggrediemur.
Præcipua atrabiliosi humoris ad purgationem
præparatio, (quando quidem partes ipse derodit)
eius mutificatione perficitur; sed cum vnà cum
erodente qualitate atrabilis crassitudinem etiam
obtineat, ipsa quidem attenuari quoque postula-
bit: præsertim ubi à super affato melancholico suc-

*Atrabilia
vij humoris
præparatio
ad purgatio-
nem.*

colui desumit ortum. Hæc enim (tùm quia id ob
nimiam crassitudinem expetat, tum quia mitior
existens attenuantium calorem, qui immodera-
tus non sit, valet sustinere) magis quam reliqua,
quæ ex superassata gignitur bile, attenuari debet.
Maximè tamen erodenti mitificandæ qualitati,
in cuiuslibet bilis atræ præparatione impenden-
da est cura. In cuius rei gratiam totum corpus hu-
mesfacere expedit. Quod sanè perfici valet opus
si aër humidus, & in calore frigoreque tempera-
tus, ac somnus consueto diuturnior elligatur:
alius sit natura, vel arte lubrica lenibus vtendo
clitheribus, ex foliorum maluarum: violarum,
mercurialis, fumarie & lupulorum decocto pa-
ratis: fursure ac paucis sale adiectis; quiete item
& aquæ potu, in qua scorcionera & hordeum;
aut violarum flores bullierint, fœmina vtatur: sit
insuper cibus humidus & in actiuis temperatus, vel
ad frigidum inclinans: nec tamen acer, nec salus,
nec amarus, nec acerbus. Sicque carnes gallina-
rum pullorum, caponum, & veruecis vtiliter cum
lactuca, borragine ac malua ellixatæ exhibentur.
Eadem quoque olera ex usu sunt, si, post ellixatio-
nē, cum saccharo, maturarū oliuarū modico, ac op-
timo oleo, & quàm minimo aceto (vbi tamen vte-
rur hoc minime renuat) parentur. Conducunt etiā
ex fructibus poma dulcia (vulgo carneas) pruna
passa, & enucleatę vuę passę. Ex piscibus saxatiles
& molles carue, ex conseruis, quę ex violarum flo-
ribus, aut borraginis conficiuntur: ac ex conditis;
quę ex buglossę & scorcionere radicibus fiunt.

Præterea simul cum his, appositis etiam syrupis billem atram ad purgationem debitè præparari expediet. In quem vsum syrupus borraginis, cui violarum syrupus pari quantitati sit permixtus, maxime præstat: quiquidem, attenuationis, nedum reserationis causa, aqua mellisopholi, aut huius decocto diluatur. Vbi tamen (quòd ex melancholico succo adusto bilis atra originem ducat) maiori opus sit attenuatione, prædictis syrupis, de fumarie succo syrupum adiciemus: ac intendum nonihil syrupi de epithimo, cuius maior est vis. Ante purgationem, etiam videre inter est, an in toto corpore melancholici sanguinis subsit copia. Hac siquidem præsentem illam sanguinis missio præcedet. Quæ quidè aliàs haud leuiter est formidanda, eo quòd prauus ille exustus succus, sanguine detracto, magis utiq; redditur effrenis. Verum si melancholicum exsuperare sanguinem suspitione ducamur, in certè tamen eius redundantia sint notè, vena cubiti interna secanda est, ac paucissimo educto sanguine, huius naturam contemplabimur: atque ubi melancholicus ipse appareat, pro ut res postulet educendus erit, sin aliter, statim euacuatio sistenda. Missione igitur sanguinis (cùm opus sit) præter missa: corpore item & atrabiliario humore per adducta præsidia præparatis, ad purgantis pharmaci vsum accedendum. Quod equidem si à Galeno præcitato loco lib. 14. metho, accipere volumus, epithimum quatuor drachmarum pondere ex sero lactis, hydromelleve propinare præstabit. Nec inotilius esset, dossi imminuta, ad drachmas tantum duas, aut tres cum exhibere.

*Atram illè
quæ pur-
gent.*

hibere. Ad idem etiam Actio afferente tetrab. 2.
 ferm. 2. cap. 10. ex aloë conducit compositio : quæ
 supra aliqua omnia, etiam epithimum accipiat, &
 secundum Themisonem præparetur, ita ut aloës
 accipiat drach. 6. masthices, crocij, spicæ nardi, cina-
 momi, assari, carpobalsami singulorum vnc. j. qui-
 bus epithimi vnc. ij. addantur. Huius compositio-
 nis quantitatem concedit cochlearij magni (cuius
 pondus ad ^{quatuor} ~~sextum~~ drachmem nondum accedit) &
 ex modicis intervallis iterare iubet. Eundem quo-
 que humorem ^{etiam} educunt pillulæ de lapide lazu-
 li ab scrupul. ij. ad drach. j. exhibitæ. Quarum sanè
 pillularum vsus, si ritè lapis præparetur, non adeo
 formidandus est, ac nonnulli existimant. Ijs ta-
 men leuiores pillulæ Indæ existunt: sicque clemen-
 tius, vnius drachmæ dosi, atrabiliarum succum per
 ventrem educunt. Eidem operi magnum commo-
 dum hæc comparabit potio, quæ recipiat foliorum
 senne drach. ij. epithimi drach. j. & sem. infunde in
 aqua lupulorum aut buglosæ, ac post leuem ebu-
 llicationem fiat expræssio: in qua dissolue pulpe cas-
 siæ fistulæ vnc. j. vel manne electæ vnc. ij. Quod si
 in buccellarum formam purgans medicamentum
 concedere placeat: ex drach. ij. dyasennæ Nicolai &
 drach. vj. pulpe cassiæ fistulæ boli, ex saccharo for-
 mati, haud inutiliter voratur. Nec est cur dyasenna
 ad eiusmodi purgandos humores, quia magnâ pur-
 gantium, medicamentorum partem eius capiat cõ-
 positio, egrè sit admittenda. Quippe senna (cuius
 quarta parte tota constat compositio) vbi ab acutis
 & aromaticis correctionem suscipit, satis clemens

medicamentum redditur: & triplo adhuc ponde-
 re, eius quod duæ drachmæ dyasennæ continent;
 innoxie conceditur. Lapidis præterea cyanci, &
 Armeni parca admodum doſſis in duabus eiuf-
 dem confectionis drachmis inuenitur, cum am-
 borum pariter lapidum ſex tantum grana duæ
 dyasennæ drachmæ recipiant. Bile igitur atra per
 quampiam ex adductis purgationum formulis eu-
 cuata, ſi eius generatio (vt ex Galeno adduximus)
 ne de cæterò fiat præcauenda eſt; videre utique ex-
 pedit, an ſuccus aliquis à quo eadem produci ha-
 beat, in corpore redundans ſuperſit, vt huius quo-
 que vacuationem continuo aggrediamur. Iſte er-
 go, ſi melancholicus humor exiſtat, etſi eis ipsis qui-
 bus atrabiliarius ſuccus euacuari valeat medica-
 mentis, non proſus vt hic ad purgationem præ-
 pari poſtulat. Quamuis enim vterque ſuccus, quia
 craſſitudinem & ſiccitatem obtineat, extenuanti-
 bus, ac humectantibus, præparari ægeat præſi-
 dijs: bilis tamen atra præter hæc, pro ſui mitifica-
 tione, & aliquoſiter refrigerari requirit, & mino-
 rem quam melancholicus humor attenuationem
 ſuſtinet. Nempè quod hæc calidis oporteat fieri
 medicamentis. Quam obrem in huius humoris præ-
 paratione citra alterius ſyrupi refrigerantis conſor-
 cium ſyrupum borraginis deſumaria & de epithi-
 mo exhibere valemus. Id tamen minime inconſul-
 te agendum: ſed hoc vel illo ſyrupo, magis vel
 minus caſfaciente, vt mur; tum prout melancholi-
 cus humor aliquam habeat, vel non habeat exuſ-
 tionem; tum pro attenuandi humoris & referan-
 darum

*Melancho-
 lia præpara-
 tio ad pur-
 gationem.*

Datum viarum maiori, aut minori, necessitate. Si
verò exuperans humor, qui materiam ad atram ge-
nerandam bilem sit præstaturus, flaua bilis existat,
colagogis in superioribus adductis aut similibus
alijs pharmacis, purgari debet. Antecedet tamen
huiusmodi euacuationi debita eiusdem humoris &
viarum præparatio. Quæ quidem, sicuti in illo
attemperatione, in vijs (vbi impeditæ sint) resera-
tione perficitur. Verùm in hoc duplici opere, secus
ac in superius tradita corrodentium bilis specie-
rum præparatione, aliqua ex parte agendum est.
His enim leuiore attemperatione flaua bilis, quia
minus calida sit & sicca, manifesto eget. Ac præ-
terea vbi viæ impeditæ sint, & aliquid simul crassi
humoris superfluat, & extergentium & attenuan-
tium vltus, quem biliosi erodentes succi ægrè suf-
ferunt ab ipsa bile flaua facile admittitur. Atque id-
circo, tum ad huius attemperationem syrupum
violarum, aut rosaceum, perse, aut syrupo borra-
ginis admistum, propinare sufficiet; tum (vbi pos-
cat necessitas) ad attenuandum extergendumque,
vltrâ syrupum cychorij, syrupum ij. vel quinque
radicum sine aceto, aut, vterò id non renuente ace-
tosum simplicem, vel compositum, prædictis ad-
miscere syrupis, nobis erit ex vltu. Bilis itaque fla-
ua redundans, eiusmodi præparatione præmissa,
(ne atrabiliario generando succo materiam sup-
peditet) pariter vt melancholia affluens, vt dixi-
mus suprâ, purganda erit. Necdùm hisce edu-
ctis humoribus, nouam atræ bilis generatio-
nem penitus inhiberi censendum est: ni causas;

quæ eisdem succos cumulare habent, omnino præ-
 scindamus. Quas equidem ubi in rerum non natu-
 ralium in ordinato usu consistunt, sola victus ac vi-
 tæ ratione debite instituta sufficienter propulsare
 valemus. Si verò à naturali, huius, vel illius, eorun-
 dem succorum (eius nimirum, vel qui acisti fellis,
 vel qui à liene expurgatur) impedita evacuatione,
 aut ab hepatis calido, aut nimis calido & siccio, intē-
 peramento, bilem, vel melancholiam coateruari
 contingat, eorundem ipsorum istarum partium af-
 fectuum curationem moliri oportebit. Quod sanè
 opus aliunde mutuari licet. Quali igitur modo ab-
 scindendæ sint causæ illæ ulceris, matricem in fœ-
 cundam reddentis (quæ ubi adhuc in corpore ma-
 nent ulceris prohibent sanationem) dictum mag-
 net.

Præter hastam nonnullæ etiã aliæ in ipsa
 met ulcerata particula reperiuntur causæ, quæ eius
 sanationem impediunt. Easque apud Galenum lib.
 4. metho. quisq; reperiet. Sunt autem hæc, callus, in-
 tēperies, vel sola, vel cum tumore coniuncta, egræ
 particulæ imbecillitas (quæ ultra intemperantiam
 propriæ substantiæ inanitionem, aut laxitatē, cau-
 sas habet) & quidquid alienum inter ulceris oras
 conglutinadas inter sit. Omnibus ergo ijs, ubi præ-
 fata totius corporis providentia præmissa sit, to-
 picis auxilijs, ut medeamur expedit. Quorum ad-
 ministratio, ni vlcus in ipsius vteri ceruice, ac iuxta
 pudendum existat, aliter quàm per dioptræ instru-
 menti vltum debite fieri, haud rarò nequit. Igitur
 medio eo ipso instrumento speculo matricis vulga-

*Peculiaris:
 cuiusq; harū
 cognitio fo.
 23. & 24.*

riter nuncupato vlceris callus duplici via remoueri potest, mollificatione scilicet, quā deinceps subsequatur extersio, aut erosione. Hac quidem in durioribus, illa verò in teneris tantum callis. Quòd equidem Hippocratem docuisse comperimus lib. 1. de morbis mulieb. his verbis. Sed si in callum indurati fuerint, præstat acria apponere quæ mordeant. Quæ enim tenuia & serbida sunt calli durtiem diffundunt. Si verò mollitus fuerit callus molibus curato, & ijs quæ non mordent. Teneres ergo callos molles reddere habet vnguentum, quod recipit guttæ amoniacæ ex mucilagine seminis foenicugreci dissolutæ, sthiracis calamithæ, sepi hyrcini olei lilij albi & amigdalorum dulcium ana partes æquales: misce & sufficienti cera vnguentum para. Mirum etiam in modum callos emolliet emplastrum quod in hunc conficiatur modum. Gummi ammoniaci assungie anseris, pianguedis experna porcina, cassci antiqui, adipis tauri & colophonix, aut apochimatis, idest picis zopissæ (quæ a veteris nauigijs de rafa pix est) ana vnc. iij. medullæ vitulinæ vñ. ij. ceroti hyssopi descriptione philagrii vñ. j. olei lilij albi vñ. j. & sem. misce & mucilagine seminis foenicugreci formetur emplastrum. Quo equidem, prædicto vè vnguento, vel consimili alio, vbi callus mollis redditus sufficienter sit vnguento rubeo, aut egyptiaco abstergeri valet. Si verò vlceris callus durior existat quàm vt medicamentis emolliiri valeat, ijs quæ erodant bastari debet. In quem vsum præcipitatum puluerem præ omnibus elligemus, quem equidem, cum assungia an-

feris permittum, vlceri ad mouere conducere: & ubi
 semel aut bis eo vfi, quod callosum est, adustum
 apparere videamus, prius id emolliri, aut in pus
 vertere, deinde abstergere studemus. Hoc sanè ægi
 ptiacō vel rubeo vnguento, illud verò, tūm vlce-
 ris lotionē ex intestinorum iure in quo altheæ ra-
 dix bullierit; tūm suppuratorio vulgari, quod ex
 oui vitello & therebentina conficitur, agendum.
 At si calloso eo semoto, quod semel præcipitatus
 extinxit, callosa adhuc in vlcere appareat substan-
 tia; iterum per duos dies præcipitatum appones, &
 ab eius vfu (vri prima egimus vice) mollificatione
 & absterfione vtetur. Omneque id tandiu repetes
 quoad separato quod extinctum est, caro conspi-
 ciatur rubra. Callo ergo, hoc vel illo modo, pro-
 fus depulso, vlcus tanquā simplex curare conue-
 nit. Quod sanè pharmacis agendum est ea quæ na-
 turæ actioni obstant sub mouentibus. Naturæ ve-
 rò sanationis opus à crasso & tenui vltimæ conco-
 ctionis excrementis in parte vlcerata impediri ac-
 cidit. Ab illo enim (quod sordes est) sordidum, ab
 altero humidum redditur vlcus. Oportet igitur
 medicamentum tale esse, quod humidum siccet &
 sordidum expurget. Non tamen quouis modo sic-
 care, & expurgare medicamenta debent: sed nunc
 magis nunc minus promaiori aut minori vlceris
 humiditate & sorditie: attenta simul partis natura
 & conditione. Sicque inuteri vlceribus medica-
 mentis, quæ multum siccant, nec leuiter abster-
 gant, vti profecto expedit. Vterus enim naturam
 sortitur membraneam & siccam ex siccatione in-
 digentem;

digentem. Ac item, cum ipse sit tanquam totius corporis cloaca vel sentina, ad quam (vt ea via expurgentur) superfluitates à toto corpore ablegantur, superuacua humiditate abundare cogitur : Cuius etiam ratione ipsiusmet vlcera sordidiora fieri, ac subinde abstergeredi curam augere manifestum est. Igitur cum vteri vlcus vt simplex in curationem se nobis offert, alijs fortiora extergentia postulat medicamenta. Sed vbi conspicuum non sit, sed profundum, omisis vnguentis (quæ, quia difficile liquore soluantur, aliter quam per dyoptræ vsum commode administrari nequeunt) vbi consimile instrumentum scemina minime toleret, iniectionibus eadem ac interdum suffitibus mederi studemus. In hunc ergo vsum aptissimæ iniectionis parari valent ex vino rubro in quo rosæ siccæ & calicorium bullierint; quibus si per paucum poligoni succum addideris valdè vtique præstabit. Iniectiones etiam ex lentium & poligoni de cocto vtiliter fient, addito modico vnguento mirabili Nicodemi cuius descriptionem Melsices in hunc modum offert. Mirrhe, aloes, sarcacollæ anāvnc. j. mellis despumati. vñ. vj. vini albi boni quantum sufficit coq; ignilento ad spissitudinem. Suffimentis quoq; nonnunquam vterum exsiccare ad eius vlcerum curationem conducit. Miræ autem dessicare habent, quæ parantur ex masthice thuris cortice, bernice, ligno aloes, auri pigmento marcasita, mirthillis, santalis, cum terebinthina in troiscos formatis; quibus vti eo decet modo, quem in curatione humidi vteri intemperamenti in superioribus adduximus. At si vlt-

cus (quod solius simplicis curationem postulat) conspicuum sit; ei facile sarcoticis medebimur vnguentis. Sunt autem apostitissima ad id, prædictum Nicodemi vnguentum, & vnguentum de turia. Quorum vsus utilior esset si ex rubro & astringente vino vlceris lotio præcedat. Sola enim vini lotio, si Gano credimus lib. 3. metho. cap. 4. quod libet simplex vlcus sanare valet. Verum si vlcerata pars intemperata sit, sanationis inuentio ex ipsamet suggeritur intemperie. Quæ ubi calida sit, ex de coctione rosarum, hordei, plantaginis, lentium, & polygoni, addito plantaginis succo, ac modico vnguento de litarigirio, ex pompholige vè, ex eisdem dissoluto, iniectiones fient. Quibus, si id infrigidandi necessitas postulet, non nihil camphoræ permisces. Si verò vlceris intemperatura frigida sit; parandæ equidem iniectiones ex decocto erunt ab sinthij, centaure, præsij & aristolochiæ, additis melle mirrha & aloë. Quod si vlceratus vterus ob humidum intemperamentum (quod eius substantiam laxet) sit imbecillus, ipsi quidem, præmissis auxilijs incuranda consimili intemperantia in superioribus traditis, iniectiones ex usu erunt ex vino, in quo cyperi radix, cortices thuris, gallæ, nuces cupressi & malicorium bullierint. Et ubi conspicuum sit vlcus, si vera Gælenus dicit lib. 6. de simp. med. facul. anethi vsti puluere inperso mire proficiet. Nec inutilius erit si pari aloes permisceatur quantitati. Si verò subiecta vlceris particula siccam patiatur intemperamentum, præterquàm quod ad peculiarem istius curationem animum intédere licet (eo scilicet modo quo superius

Superius capite proprio sumus vñ iniectionibus etiam, quibus squalidum ac siccum humefiat vlcus, vtemur. Quod sanè opus, sola aqua calida injecta, perfici solet. Ea enim docente Galeno lib. 1. de simp. med. fac. cap. 8. vlcere carnem humidam reddit & mollem. In eundem etiam vsum iniectiones ex aqua ordei soli saccharo, aut equali lactis portione pariter admixta, vel ex carnis gallinacee iure, salis omnino experte, parari valent. In manifesto vero vlcere aquæ etiam calide fotu, vtemur: ab eo q; vlcus medicamento illinimus, quod recipiat, mucilaginis radicis altheæ vnc. j. mellis cum aqua despumati & butiri loti in aqua plantaginis anà vnc. sem. misce. Ad hæc vlcus circum circa oleo lilij albi cum butiro & anserina pinguedine dissoluto, inungendum. Ac deinceps linthea mucilagine seminis psilij, lini, foenugreci, & radicis altheæ madida imponenda. Quod si à nimia sicciditate callosum vlcus reddatur: calli remotione adducto iam modo peracta, ad curationem eget.

Sed cū ab alieno quopiam inter vlcere oras cōglutinandas interiecto, eius impeditur sanatio: hæc certè simile remoueri impedimentum præ requirit. Id autem si caro sit super crescens, medicamentis valenter detergentibus auferri desiderat. Quæ quidem vehementer siccant. Qualia sunt, (Galeno teste lib. 3. meth. cap. 6.) mysi, calcinis, & ergugo. Horum quolibet in puluerem redacto, si in cervice vel cus existat, oculisq; pateat, super crescentem carnem inspergi vtile erit. Si vero profundum sit vlcus superfluum eius carnem per iniectiones mi-

nūtere licebit. At cū in huiusmodi occultis vlceribus, aliter quā per dioptrę instrumenti vsum, causam, super creuisse cognoscere nequeamus; pulueribus; ac vnguētis, medio eo ipso instrumēto, quod iam scēminam tolerare scimus, carnis superfluitatem bastare valemus. Quod si dioptram ferre ipsa defugiat, ad iniectiones confugiendum. Quandō verō erodentium puluerum in spersioni & vnguentorum, consimilem obtinentium virtutē, appositio ni conceditur locus; magna profecto in agendis ijs habenda est cura. Nam si aliam, vltra super crescentem carnem, ac rē tangat medicamentum; eam mordet & exulcerat, nedū inflammationem parit. Oportet igitur puluerem, per minuendam tantū carnem sparsū, siccis linamentis regi; quæ in super vnguento siccante aliquo, erosionis ex parte; lintheo excepto cooperiantur. Pari etiā modo vnguenta, carnis supercreescentiam minuētia, linamentis excepta minuēde soli carni sunt apponenda; ac eis vnguentum aliud sine erosionē siccans, lintheo exceptum, superponendum. Igitur ad comprimendas in vlceribus carnis supercreescentias, appositissimi pulueres ex aloē & æris squama, lib. de theriaca ad Pisso, cap. 4. à Galeno parantur. Cui etiā operi Vigonis pulvis cerusę ad mixtus mirē conducit: existente quidem cerusę quantitate, nunc Vigonis pulueri equali, nunc eo multo minori, pro caloris, doloris, vlcē, aut difficultatis auferendę carnis ratione. At si supercreescentia caro mollis existat, tenera ac multum fongosa, subsequētib; pulueribus scđ equidem erosionis expertibus, minui

procul-

proculdubio valet. Quæ quidem recipiunt; coralli
rubri præparati, aluminis rochæ mirabolano-
rum citrinorum, & balauftiarum anâ partes æqua-
les, misce & in pulueres redige. Quamlibet vero
carnis supercrescentiam absumere, fertur, medi-
camentum illud, quo nonnulli nostri temporis chi-
rurgi ad exedendas in viris carunculas, vrinarium
meatum obturantes, peculiariter vtuntur. Id au-
tem in hunc modum parant. Argenti sublimati
benè triti, ac inter terendum aliquibus aquæ gut-
tis de super aspersi vnc. j. æ ruginis æris, & vitrioli
anâ vnci. semi. misce & in subtiles pulueres resolu-
statimque infunde per nouem dies in vnc. iiii. aque
rosarum. Quo sanè tempore, aqua tota consum-
pta, pulueres dicti sicci remanebunt. Quos tunc
supra lapidem sufficienter tere; ac deinde eis adde
pulueris tutiæ præparatæ & plumbi anâ vnc. semi.
opij g. xx. albuminum ouorum, numer. iij. om-
nia permisce & quousque resiccentur dimitte; ac
deinceps iterum subtiliter tere, in vaseque vitreo
ysui serua.

Quod si carnis supercrescentias vnguentis absum-
mere placeat ægyptiaco in primis vti haud inutile
erit. Cuius loco vbi ipsū debilius agat quā oportet,
rubrum vnguentum adhibere præstabit. At hoc
minime ad id sufficiente, vnguentum viride, si
eo consulte vtamur, optimum cathericum (idest
nudam exedens carnem) existet: asserente Auic-
enna lib. 4. scen. 4. cap. 12. Hoc idem sentit Razes;
lib. 7. ad Regem Mansor. c. 5. ac ibi eiusdē vnguenti
descriptionē affert: ipsum enim ex æquis mellis æ-

iugumque eius portionibus concludere iubet. Quā
 do vero medio dioptra instrumento, semel vso, tu-
 per crescentem carnem in profundo matricis vlce-
 re ad esse constitit, atque foemina, vt sui curatio-
 nem per idem instrumentum moliamur, nequa-
 quam tolerare vult; tunc equidē carnis supercres-
 centiam per vterinor. clystheres absumere curandū
 est. Cum autem ij non tantūm vlcus, sed reliquas
 quoq; vteri partes pertingere habeant multo pro-
 fecto debilem cathetericā vim obtinere exoptat.
 Alias enim, parti sana ab erodentis medicamēti cō-
 tactu, quæ dicta sunt surescunt accidentia. Quo tā-
 nē sit, vt tūm molles tantum profundi vlcēis ca-
 runculæ per iniectiones absorbi debeant, tūque
 duriōres sunt, prius mollicari desiderent. Hæc ta-
 men, si ad calli duritiem accedant, aliter quā per
 dioptrę vsum posse sanari, difficile credam. Quæ ve-
 rò caruncule, haud multum à mollitie absunt, sola
 aqua calida ter, quater ve in die injecta molles fieri
 possunt. Oleum præterealilij albi, sciaminum ve,
 moderate calidē injectum, multūm emollit. At in
 emollientiam vsu, vtero consulendum. Quippe hu-
 ius formitudo ab ijs, quæ emolliunt, & laxant, facile
 dissolvitur. Atq; idcirco, cauendum est, ne eo ipso
 præsidio, quo vnū qui sterilitatem parit curamus
 affectum, alium denuò, quem idem sequatur sym-
 ptoma, excitemus. Quam ob rem eistantum per io-
 iniectiones, carnis supercrescentijs mederi nitentur
 quæ vel mollis sint vel emoliri facile queant. Quas
 equidē minuerē hæc habet injectio quæ recipit
 collirij san franci ꝑnc. iij. ꝑ glucris aluminis rothe

antimonij, balaustiarum, & lane succie vtraque ana
ferop. j. misce pro qualibet iniectione, quæ quater,
quinq̄ies vñ fiat indie. Et, ne foras statim profuât
intra vterum hoc suscipiatur medicamentum, nati
bus corpore elatis ibus existentibus. Ac femina,
continuo supra vlceratam vteri particulam per
breue aliquod tempus decubitum agat: vt medica
mentum ipsum & minuendam carnem præcipue
contingat, & eidem promptius suam impertiatu
rim. Eidem quoque vsui iniectio præstabit, ex præ
dictis pulueribus ac vino rubro in quo rhois semē,
malicorium, & alumen bullierint, parata. Nec inu
tilior erit, si huius vini & colirij lanfranci æquales
partes eisdem pulueribus misceamus. Hoc igitur
modo mollis carnis super erelescentijs sufficienter
compressis, vlcus vt simplex curandum vtiq̄ erit.
Si verò quod inter conglutinandas vlcus oras
interiectum eius prohibet sanationem, sordes exi
stiat, detergentibus vtendum erit medicamentis, pri
mum quidem mitioribus, deinde (vbi hæc non suf
ficient) fortioribus. Leuiter profundum vteri vlcus
deterget iniectio quæ ex sero lactis & melle rosa
ceo, vel ex hordei fabarum & lupinorum decocto,
cum melle etiam rosaceo per misto, paretur. For
tius autem deterget, si ex erui, iridis, centaureæ, &
aristolochiæ decocto cum apostolorum, aut ægi
ptiaco vnguento fiat. Quibus sane vnguentis lin
theis exceptis conspicuum & nimis sordidum vlcus
detergi valet, ne dum (vbi sit opus) rubro viginis
quod adhuc est fortius.

Quod si vnâ cum vlcere tumor adsit, qui eius sa
nationem



nationem impediat; hunc prius in curationem suscipere convenit. Quali verò modo id peragidebeat, in curatione morborum in compositione inferius requires.

Virulentum verò vlcus, quòd nimia humiditate abundet, huius intemperiei cum vlcere complicatæ adductam curationem postulat. At depallescens (Græcè noma dictum) si per sanas partes ob putridarum contactum serpat, quando quidem à putridis ortum ducit humoribus, valida equidem astringentia ad sui curationem desiderat. Sicque vtilissima in hoc casu erit iniectio, quæ ex cineris sarmenatorum lixivio, & rhois, malicorij, ac lupinorum decocto, cum trociscis Andronis, aut ægyptiaco, vel apostolorum vnguento, paretur. Si verò propter corrodescentes succos serpat; asininum lac cum alumine thure & mirrha appositissimè infunditur. At si is, qui tunc adest, dolor mulceri desideret; ex predicto lacte cū lapillis ignitis ad medias decocto, aut caprillo, solis, vel cum vnguentis de tutia, plumbo, aut pompholige, sine cera confectis, parabitur iniectio. Virgente tamen dolore, ubi præsertim cum ardore molester, parem quantitatem succi plantaginis, aut semperniui maioris, lacti permiscemus. Cui etiam vsui infusiones ex decocto rosarum, violarum, radice altheæ, maluarum & capitum papaveris albi mirè conducunt. Verum si id ipsum, cum dolore vlcus, conspicuum existat (eiusdem, ex lacte, ac predictis succis, lotionè præcedente) per vnguenta dicta lintheis excepta, curari valet. Quibus insuper linthea, eisdem liquoribus madida, superponenda.

Sed

Sed dolose curationem ipsam ad se minime trahente; in conspicuo quidem ulcere, quod propter putridarum vicinitatem per sanas partes serpit, facta prius, cum cineris, ficus, aut sarmentorum lixio, debita lotione, unguento apostolorum, ægyptiaco, aut subro utemur. Quorum appositionem si pulueris aloes, mirrhæ, & sanguinis draconis præcedat affusio, per utilis erit. Si verò ab exodentibus, & calidis humoribus depascens fiat ulcer, ex prædictis plātaginis vel semperuiui succis, folis, aut lacte, vel hordei, polygoni, & rosarum de cocto ipsiusmet ulceris fiet lotio: quam unguentorum de litargirio, tutia, plumbo, aut pōpholige subsequetur vltus. Prius tamen, si placeat, lupinorum ordeï, & anethi vlti pulueres de super loto ulceri asperges.

Quod si vteri ulcer Gallicam sequi affectionem accidat; ipsum difficile sanari saepe conspiciamus, ni medicamentum aliquod, vim alexipharmacam habens, quæ aduersus venenatam Gallicam pugnare habeat qualitatem, topicis admisceamus. Quorum quidem ex prædictis omnibus hæc aut illa, prout ulceris natura postulauerit, eligenda sunt: ita vt cuilibet subiectæ carnis intemperiei, ac ulceris conditioni, à se peculiariter expetita, adhibeamus remedia; debito tamen alexipharmaco (vbi opus sit) mixta. Quo equidem maxime egēt, agræ sanabilia, de patientiaque vlcera. In his enim (cuius naturæ vt plurimum, quæ Gallica sunt vlcera, in vtero sunt) topici alexiterij vsus apud primè necessarius existit. Cum igitur appotissima alexipharmaca aduersus Gallicam vitium lig-

num guayacum & argentum viuum existant; eorum certe aliquo in localibus remedijs oportebit uti. Cum guayaco ergo ligno aptissima ad vlcera de pascencia in hunc modum parabitur iniectio: decoctionis ligni guayaci factæ secundum artem vncias xvij. vini albi optimi vnc. vj. aquæ aluminosæ vncias iij. syrupi ex succo rosarum & rhodomellis colari ana vncias j. misce, parumque bulliant ac vsui serua. Huius ergo decocti vnc. iij. cum modico ægyptiaco vnguento & nonnullis aquæ vitæ guttulis pro qualibet vice infundentur. Quod si conspicuum sit vlcus eiusdem liquoris vnc. vj. aquæ vitæ vnc. ij. & vnguenti ægyptiaci vnc. sem. addentur; atque lineo penicullo, in medicamentum hoc intincto, lauabitur vlcus. Cui quidem deinceps siccanis aliquod vnguetum, quale est de rutia dictum; lintheo exceptum, apponemus. Non tamen solum, si abstergerendi necessitas aliqua ad sit, sed apostolorum vnguento permixtum: existente in consimili mixtione abstergentiū mensura, pro sordis ratione, nunc maiori, nunc minori. At vbi vlcus nimis sordidum appareat: rubro Vigonis vtremur: ei que ultra præcipitati pulueris quantitatem, quam sui recipit cōpositio, non nihil eiusdem adijciendū. Quod sanè medicamentū, linamentis exceptum ita vlceri ad mouendū, vt aliam, præter vlceratam, sordidam, minime pertingat partē. Ei que item emplastrum diapalma, pari quantū cuiusuis vnguenti mercurij (quo per inunctiones nuncupatas Gallica curari solet affectio) permixtum, in lintheū extensum, superponere, mirè utique præstare experimento fido comper-

compertum est. Si verò sordidum eiusmodi vlcus occultum sit, per eas ipsas, supradictas ad sordida vlcera iniectiones abstergendum est; expedit tamen, venenatæ Gallicæ qualitatis causa, decoctiones, quibus iniectiones, paramus, guayacum etiam lignum in sui recipere compositionem. Quasane seruata lege reliqua quoq; omnia Gallica vlcera, attēta cuiusque natura adductis iam præsidij curare valēt. Excipere tamē placet Gallicas berrucas, quæ in pudendo inueniri solent. Harum etenim, vt facilius curentur, peculiare remedium afferre oportet. Nec aliud certē inquirere necessum est, vbi à Zoane Vigone mirum hoc habemus, quòd recipit. Sublimati drach. vj. salis nitri, salis gemmæ, & aluminis rochæ anà vnc. sem. aquæ rosarum & plantaginis anà vnc. viij. misce, & ad tertie partis consumptionem coque, deinde adde floris æris drach. j. ac vsui serua. Id ipsum debilius efficere curantes aliqui aucta aquarum quantitate faciunt, ita vt singularum mensura sit vnc. xij. Hoc igitur medicamentum lineo penicillo madido, berrucas solas, à partis sanæ contactu cauentes, leuiter intingemus, facta quidem aliqua, in penicilli appositione, mora, vt melius suam impertiatur vim medicamentum. A cuius vsu subiecta vlcus pars, nimio affici calore, nedū inflammari solet, ni aliquod supra eā ipsam refrigerans imponatur præsidium. In quem vsu subsequens ego, nec certe contēnendum, excogitauit, quod recipit; butiri vaccini sæpius loti in aqua rosarū vnc. j. & sem. vnguenti rosarū vnc. j. mucylaginis seminis psilij vnc. sem. cerussæ drach. iij. & suffi-

Decurat. steril.

cienti agitatione misce pro vnguento: quod supra
lentheum extensum admoendum.

Alia præterea in ipso utero vlcera sunt rhagades dictæ, quæ cervicis eius rimæ sunt, seu fissuræ: & succi acris, ac siccantis, morsum internam habent causam. Cuius naturæ falsus existit humor. Aquo arida efficiuntur vlcera, & interdum callosa. Eis ergo, habita prius, adducto iâ modo, corporis prouidentia, è vestigio per topica ea medicamenta mederi expedit, quæ falsi humoris acrimoniâ mitigent, & si eâ intemperaturâ corrigât. Acuius contemperazione vlceri attendendû, atq; ea quæ sine acrimonia desiccet, sunt imponenda. Humoris falsi acrimoniâ mitigare, & siccâ intemperantiâ corrigere nata sunt, quæ pingua & emollientia existunt: quibus ubi infrigitatione sit opus frigidorum aliquod permiscemus. Quod equidè ad pensum excessus caloris augeri debet. Quâdo autè rhagades minime ardore molestant, momentaneâ tamè duritiè obtinêt, à siccitate contractam, illud exusu erit vnguentum, quod Razes lib. 9. ad Regem Manssor, cap. de ani fissuris ex adipe gibbi cameli & bdellio componit: quia tamen eiusmodi adipis nobis est penuria, bdellio quæ prorsus caremus, pro eiusdem sanè sepum hircinum & stracem calamithâ substituere licebit. In eundem etiam usum apostissimus est pessus, quem ipse Razes eodem libro cap. de vuluæ fissuris ex anatis adipe, medulla cruris cervini, cespito & cera, in oleo lilij dissoluta conficit. In minori vero tû duritiè, tû siccitate, existentibus quidè his (vt frequenter accidit) cû calore aliquo copulatis, vtile admodû

erit linimentū, ab aliquibus maximè cōmendatūq;
recipit olei de nucibus, chrissomellis (hoc est perli-
ci coronci) amigdalorū dulciū & persicorum anā
vnc. sem. olei de semine lini & de vitellis ouorum
anā vnc. j. succi plantaginis vn. ij. succi poligoni, ver-
balci, & radice labriveneris, id est cardifullonū,
anā vn. j. & sem. aloes drach. vj. misce, ad cōsumptio-
nēq; succorū omnia igni lēto bulliāt deinde cola,
atq; eo calido vlcus illiniendū. At si subiecte vlceris
partis aucta admodū sit in tēperantia calida; valde
utiq; linimentū illud prestabit, quod Razes citato
loco parare iubet, ex lactuce, portulacē, aut semper-
uini minoris succo, in mortario plūbeo, nimia agi-
tatione, debite cōdensato. Cuius vsui si in molliendi
nedū humectādi gratiā, ex decocto maluarū, radi-
cis altheę seminis lini & psilij calidus præcedat fo-
tus, per utilis profecto erit. Quod si ab vlcere leui-
ter duro, & sicco, caloris absit excessus, dicti deco-
cti, sine psilio cōfecti, præcedētefotu, vnguentū mi-
rifice prodest, quod recipit thuris, mirrhe, litargirij
anā drach. j. rodomellis vn. sem. olei cōmunis vn. j.
cerę quod sit satis misce pro vngueto. Quod equi-
dē a siccantiū, quibus cōstat, facultate vlcera reple-
re, & cōsolidare habet. Facile etiā hoc ipsum opus
exequemur, si (quoties sicca intēperies id permitte-
re cōstat) aliquod sine accrimonia siccans vnguen-
tis immisceamus. Cuius naturæ sunt, quæ huius
ultimō adducti vnguenti ingrediuntur composi-
tionem. Cui quidem ablato thure gingiber ē ali-
qui adiiciunt: vnguētumq; hoc modo paratum, &
summis laudibus extollūt, & præ omnibus esse celli-

gendum prædicant. Id tamen ex eo hos compertum
se credo, quod ad labiorum manuum ac pedum fissu-
suras, quæ ab externo frigore, maxime fiante aquis
lone, sepius oboriri solent, ipsi frequenter con-
simile vnguentum conduxisse viderint. At licet in
hoc casu (quia suo calore gingiber, tum humorem
in ulcere crassum ac vitiosum digerere, tum frigi-
dam intemperantiam moderari habeat) eundem
vnguento dicto commodè posse addi, minimè in-
ficiet; ubi tamè ab interna causa fissure proueniant,
quod hæc calido potius quam frigido associetur
temperamento, à gingiberis in eiusmodi vnguen-
tis vsu abstinere consulam.

C A P V T VI.

*De uteri hemorrhoidarum curatione, fæ-
minam sterilem efficientium.*



QUAMVIS Symptomâ nul-
lum, quæ symptomata est, ratio-
nem curationis indicare pos-
sit; sed curationis indicatio à
morbo præsterur; sicuti ex cau-
sis prouidentie; (docente Ga-
leno lib. 12. metho. cap. 1.)
symptomata tamen ex accidenti (quandò vires vel
affectionem lædunt) curandi rationem mutant;
causæ locum eo tempore habentia. Quæ sanè me-
thodo in hemorrhoidibus sæpe cogimur vii; cum
sanguinis

sanguinis fluxus, dolor vè aliquis vrget. Tunc enim
 accidentia hæc, morbi curatione omissa, ad se cura-
 tionem conueniunt postulant; nisi vbi remedio vno,
 & symptoma sedari, & morbus curari possit. Quip-
 pe iam non symptoma respicere, sed vera profecto
 morbi curatio esset. Ad hæmorrhoidum itaq; dolo-
 rem, ac sanguines fluxum, nobis utiq; vt plurimum
 attendere expedit. Quorū subueniendi modum cō-
 tinuò aggrediemur; vbi oportuna victus ratio præ-
 mittatur. In cuius debita institutione exercitatio &
 æquitatio prohibendæ. Cibus boni & pauci sit nu-
 trimenti; eritq;, pro ratione dominantis incorpo-
 re succi, exhibendus, atq; minime acris. Et influen-
 tibus hæmorrhoidibus austeris & acerbis vtendum;
 ac auratę mastichinę vè aque potu. Quod si in hoc
 casu vino sit opus album & subastringens elligen-
 dum. Aqua vero hordei, & radicis dulcis ex vsu sunt
 dolentibus hæmorrhoidibus. Quibus equidem quū
 opem ferre in animo sit, fluētē ad eas humorem,
 tum euacuare, tum reuellere; ac remedia item topi-
 ca, quæ tensionem & acrimoniam corrigant, eis-
 dem adhibere oportebit. Euacuatio autem si dolen-
 tes hæmorrhoides inflammatae sint per sanguinis
 missionem fieri desiderat: & vbi à toto corpore,
 vel ab aliqua parte fluxionis causa vtero pressatur,
 è venis giberi exercenda venit; secus ac cū nec to-
 tum corpus, nec huius aliqua pars fluxum in vterū
 mittant. Siquidem in hoc casu (vtriusque consensien-
 tibus) tali venæ scindendę sunt. Verū si propter
 alicuius cachochimi succi consortium (qui in corpo-
 re affluat) ad hæmorrhoides fluens, viciatus appareat
 sanguis;

*Hæmorrhoi-
 des dolentes
 quæ postu-
 lent ad sui
 curationē.*

Peccantis
succi hæmor-
rhoidas effi-
cientis dig-
natio. f. 24.

sanguis; cōsimilis humoris, per medicamentū ex-
purgans, euacuationem moliri oportebit. Pro natu-
ra quidem eiusdem peccantis succi (qui melanco-
licus, vel biliosus, vel serosus esse solet) pharmaco
concesso. Fluens præterea ad hæmorrhoides do-
lentes sanguis reuulsionem postulat. Perfici autem
hec adunguem habet, tūm sanguine ex vena cubiti
missio, partitis quidem vicibus; tūm supernarū par-
tium frictionibus, & ligaturis, ne dūm cucurbitulis;
siue sacrificatis, siue secus, scapulis & lumbis, ac lienī
nonnunquā & hepatis admotis. Sub mammis itē
affixæ mirē ab utero reuellere natæ sunt. Interea
tamen ac dictis omnibus (vt occasio ferat) vtimur
præsidij; hæmorrhoidum etiā dolori per ea lo-
calia remedia subuenire curabimus; quibus (vt di-
ctum est) & tensionem auferre, & humoris acri-
moniam mitigare possimus. Sic igitur in causa ca-
lida (sanguine scilicet & bile tumorem efficiente)
mucylagines seminis psilij & citoniorum maximē
præstant: siue per se applicentur, iniiciantur vē; si-
ue oleo rosaceo, violaceo, aut (vrgēte calore) nenu-
pharino permistæ. Eidem etiā vsui mirifice hoc
conducat vnguentum, quod recipit mucylaginis
seminis psilij & citoniorum vnc. ij. olei sesamini
& violarum anā vnc. j. vitellorum ouerum numer.
ij. assungie recentis anserinæ gallinacæ vē vnc. sem.
misce & ex cera lota fiat vnguentum. Cui quidem
in ingenti calore quarta vnguenti populeonis pars
utiliter admiscetur. Quod si a melancholico succo
hæmorrhoidarum tensio sit orta, seminis lini mu-
cylago, cūm althææ vnguento admista, erit ex vsu.

Vnguen-

Vnguentum quoque, minime contemnendum, ad idem in hunc modum parare proderit. Mucilaginis radicis altheę seminis lini & psilij, vnc. ij. butiri vaccini bene loti vnc. j. sem. olei amigdalorū dulciam & chamemali, & succi verbasci anā, vnc. sem. misce, ac sufficienti ceravnguentum confice. Quod equidem vtilius adhuc fieri existimo, si dictorū oleorum loco, ex oleo chrysomellis (quod ab occulta proprietate ad id cōducere fertur) ipsum parari accidat. Si verò succus, hęmorrhoides tumidas reddēs, serosus salsus sit; vnguentū hoc opportunum iudico. Mucilaginis seminis scęnugreci, & psilij, vnc. ij. butiri recentis vnc. iij. seu hircini drach. j. agitentur simul in mortario plūbeo & vnguentū fiat. Cui quidē (vbi tamen humoris fluxio resistit) parem vnguenti agripę portionem addere (docente experientia) vtilissimum erit.

Quādo verò hęmorrhoidibus superueniens symptoma fluxus sanguinis existit, si immodicus sit; & eò maxime vbi diū perseveret; summo studio cohibendus est. In quo perficiendo opere, an sanguis per dyeresim (id est vassorū diuisionem) an per anostomum, (puta vassorū apertionem) fluat considerandum est; nec non & an per diapedesim eueniat fluxus. Hic enim (tam etsi sensim & paulatim fiat) vbi longo perseverat tēpore, sisti etiam, non minus quā reliqui, postulat. Sed a venis gracilioribus, eis quarum tumida oscula hęmorrhoides consistunt, fluxum per dyapedesim semper oportere fieri (vel aliqui existimāt) minime putādū est: cū diapedesis, Galen. teste lib. j. meth. c. 2. nō solū ex graciliū ore

Peculiaris
cuiusque ho-
rum fluendi
modorū cog-
nitio, f. 24.

ad aperto insurgat, sed etiam ab attenuato sanguine, ac venæ cornica rarefacta: quarum causarū neutram, maiora excludere vassa, rationi haud quaquā obstat. Nec dūm huius Græcæ dictionis diapedesis significatio nobis hac in re contrarietate aduersatur. Diapedesis enim composita dictio est à Græca præpositione dia (quæ in compositione separationem significat) & ab hoc nomine pede, quod significat vinculum; & sic ipsa composita dictio vinculi deffectionem significat, vnde cū in vinculum, (quo, ad continendum intra vassa sanguinem, retē trix vitur facultas) substantiæ ipsorum vassorum sit firmitudo; hac pertunicæ laxitatem ac raritatem deperdita, dictum quoque vinculum defficere est certum: & subinde sanguinem trāscolari, lenteque & paulatim effluere atque per diapedesim talē fieri fluxum merito dici. A cuius fluendi modi (qui velut guttatim fit) similitudine, tūm fluxus sanguinis, ab huius tenuitate ortus, tūm qui ab exiguorum vassorum apertione insurgit, per diapedesim etiam dicuntur. Nec putet aliquis eandem esse vassorum apertionem & raritatem laxitatem ve, cū aliās anastomosis à diapedesi minime esset diuersa. Apertio enim vassorum à virtute fit, cuius ope mutua in toto corpore anastomosis inuenitur. Vassorum vero raritas aut laxitas, eorum substantiæ (cuius existunt peculiare modificationes vitiosæ) alterationem sequuntur: debitamq; ideo pertopica correctionem postulant. Quando igitur sanguis immo: dicē perdiæresim, quæ ab interna prouenit causa, fluit; proxinus ipsum, tūm causa, fluxionis auersa; tū vasse

vasse, quod diuissum est, per topica clausso, sistere
 conuenit: nec non & per medicamenta, ore sum-
 pta, quæ astringendi incrassandique sanguinẽ vir-
 tutem obtinent. Fluens autem auertetur sanguis, tũ
 reuulsione, tũ ad proximas partes deriuatione.
 Reuulsionem recte vtiq̃ue moliemur, partium su-
 periorum frictionibus, & ligaturis, cucurbitulisq̃;
 sub mamis admotis: nedũ & sanguine ex vena cu-
 bitali misso: præsertim cum soluta vasis vnitas à pleni-
 tudine oritur. Deriuationi, occasio subest, vbi fluẽs
 sanguis à cachochimo, vitiatur succo. Quiquidem
 si melancholicus est, expurgante per ventrem ex-
 hibito medicamento, si verò serofus, non hac eua-
 cuatione sola, sed per vrinas etiam, diuiriari habet.
 Consimili enim medendi methodo Galenus Boe-
 thi vxorem sanguinis fluxum laborantem, lib. de
 præcognit. ad posthum. cap. 8. securasse refert. Ad
 hæc & vena, cuius continuitas est soluta, cunctis
 topicis remedijs claudenda est. Quod sanè opus,
 aut diuissẽ venę osculo obstructo, aut eiusdem, quę
 dissident, labris in idem adductis, probè exequi-
 mur. Hoc quidem ijs quæ refrigererẽt, & adstringerẽt,
 medicamentis, illud verò medicamẽtis, quę aut sub-
 stantię suę crassitie, ac lentore meatus obstruãt, aut
 suo exurente calore crustã seu escarã efficiãt. Sed vl-
 tima hæc medicamẽta minimè quidẽ secuta exis-
 tũt. Nã præter id quod vteri mēbraneæ, & acuti sen-
 sus natura egre escarothica per ferre valebit, ad est
 etiã periculũ, decidente crusta, quod sanguinis pro-
 fusio rursus excitetur. Cogimur tamen aliquãdo;
 cũ ex alicuius putrescentis erosionẽ pro fluuĩũ san-

*Quæ melan-
 cholicam pu-
 gant. fol. 68.
 & 69.*

*Serosi qui-
 bus purgan-
 di. fol. 53.
 & 54.*

guinis concitatur, crustificis uti medicamentis. Quibus ubi totum, quod coputruit, est sublatum ipsius veluti radix aduratur. Verum, hoc seclusso casu, istorum medicamentorum usus, hæmorrhoidum uteri fluxionibus opportunus nunquam existit. Quo fit ut medicamenta, quibus fluentes hæmorrhoides curare oportet, ea (uti dictum est esse) debeant, quæ & diuissæ partis labra in idem adducant, (quæ sane vis infrigidis inuenitur & siccis) & sui crassitie, & lentore diuissi vasis osculū obstruant. Quod si tenacitatem medicamentum aliquod cum adstrictione copulatam obtineat: id profecto omnium præstantissimum erit. Quo fit ut præ omnibus eligendū illud sit medicamentū, quod ex thure aloë & albumine oui lib. 5. metho. cap. 4. Galenus parare docet, atq; ipsum valde his cōmendat verbis. Mentionē enim iam dicti medicamenti idcirco pluribus feci, quod cæteris id omnibus præstare, mihi persuasi, mirorq; sicuti melius inueniri contingeret. Est autem eius compositio hæc. Thuris pars una aloë parti vnius semissi miscetur, mox cum utendi tempus instat, tantum huius cum oui candido miscendum, quantum mellis reddat crassitudinem, hoc de hinc leporis mollissimis excipitur pillis; deinde tum vasis tum toti ulceratæ particulæ liberaliter imponitur. Ac in tertium diem ab alia curatione abstinendum. Tertio verò die si tutò adhuc medicamen particulæ adhæret, aliud rursus super imponendum, quo medicamentum id, quod ex pillis fuit factum, madefiat. Sin prius linamentum sua sponte excidat, radicē vasis digito (ubi se-

riposit) blande comprimens, ita ut nihil sanguinis confluat, linimentum excisum suspensa manu adimes, atque alterum impones. Et hoc modo, quo ad carne muniatur, diuissimum vas curandum est: istius semper solo medicamenti usu: non tamen semper uniformiter compositi. Quippe induris corporibus plus aloes est immiscendum, in mollibus verò plus thuris: ac in super interdum parè amborum quantitatem permiscere prestat. Cuius sanè medicamenti tam ultimo hoc, quàm primo adducto modo parati, mirabili euentu, incantationis instar, subsequenti, ipse periculum feci. Quidam enim, cui ganglion in capite fuit suppuratum, cum sanguinis fluxum, ex arteria (nec admodum parua) ex efferat, pateretur, eo ipso medicamento, secundum primam descriptionem confecto, crosso vasi liberaliter admodum, euestigio à consimili fluxu sanus euasit. Præterea cum Benaudentano Comiti, hypocondriaco dolore laboranti, clister in funderetur, eitum propter ministri imperitiam, tum propter instrumenti ferè mucronatum canalem, vulnus in interiori sedis parte fuit inflatum, & hæmorrhoidibus venis, ibidem existētibus, disruptis, sanguis ab ipsis, plusquàm septem liberarum quantitate, profluxit. Tunc ergo medicamentum ex aloes & thuris æquis portionibus, cum albumine oui paratum, pestilloque, ex stupis, communis suppositorij longitudine confecto, exceptum, immiti iussi, postquàm tres circiter uncie vini; stupefici vulgariter dicti (quod ex rubro vino in quo rosæ, malicorium, cupressi nuces

aut alia similia, bullierint, paratur) intra annum ipsum infusse fuisse. Non quidem per instrumentum clysthereum (ut ita dicam,) sed per metancritam (paruum nimirum illud instrumentum, quo chirurgi ad virilis pudendi, in urinaria via, ulcera curanda, cotidie utuntur) ne, si maiori alio uteremur instrumento, maius incurabileque vlcus redderemus. Eius modi itaque vinum infundere mihi fuit visum, ne medicamentum, ceu glutinum, vlceri affixum, ubi deijciendi necessitas vrgeret, pefso extracto, cum euelleretur, iterum vnita vlceris labra dissolueret: & sanguinis fluxus denuo concitaretur. Consimile enim vinum, pessum inundans, quod actuali sua humiditate viscidum medicamentum vlceri inhiberet affigi, animo concepi; pariterque ipsum potenciali siccante, qua pollet, virtute, ad vlcus sanationem conducere. Quod equidem omne ex animi sententia successit. Etenim, octo horis ab horum auxiliorum administratione nondum transactis, æger ventrem exonerare fuit coactus; & pefso extracto, ventrisque excremento mediocris consistentiæ deiecto, prorsus sanus esse comparuit. Non enim amplius vel minimum sanguinis effudit. Igitur tum his experimentis ductus, tum quia Galenicæ doctrinæ fidem perpetuo adhibere profiteor, medicamentum ex aloë ab ipso tradditum, præ omnibus elligere consulam, ad vasis diuisi curacionem. Quod sanè opus, siquidem affluenti ad veterum sanguine habet impediri, fluxione adhuc, dictis reuulsione, & deriuatione aggressis, perseverante, haud minimum suscipit præsidium à medicamento;

ementis, quæ per os sumpta, cum adstringendo, rum sanguinem condensando, eius profusionem valent etiam cohibere. A quibus equidem licet temper postuletur ad strictio; in frigidandi tamen virtus non sic, sed pro hac aut illa sanguinis natura, vel expetitur, vel secus. Non enim sanguis natura frigidus, qualis pituitosus, melancholicus vè existit, refrigerari exposcit: sed ille qui biliosus est & calidus. Quo fit, ut in illis ex adstringente vino & aqua deaurata hæc exhibita ex usu sint adstringentia, nempe simphitum, id est consolida, maior, vel minor, thuris cortex, mastix, cornu cerui præparatum, ebur & succinus. In bilioso vero & calido sanguine, quæ subsequuntur præstantiora existunt. Puta rosa sicca, mirrus, acacia, hypocistis, rhu, corallum, poligonum, troscisci de charabe, & huius sortis alia refrigerantia, de quibus omnibus inferius in curatione fluxus menstrui superflui specialius agemus.

Sed qui per anostomum ab uteri hæmorrhoidibus sanguis fluit, præmissa corporis providentia, & fluentis succi reuulsione (quæ eo modo peragi debent, quo in curanda perdiaresim fluxione usus sumus) et si frigidis & siccis medicamentis (quibus vassorum apertio, media obstructione, claudatur,) ubi fluxus urgeat profligari expectat: cuius sortis sunt, balauistum, hypocistis, rhu, malicorium & acacia, ex vino nigro austero decocta, nedum, mirri, lentisci, & hedere de germina ex aqua decocta: plantaginis item & solani succus. Cum hoc tamen quia apertio vasorum in anostomosi reperta, à virtute tantum fiat, nec ob eorum raritatem laxitatem vè si-

cuti in dyapedesi eueniat, idēo ergo in anōstomōsi astringentium vsus minus quam in dyapedesi oportūnus habendus: præterea in refrigerantium vsuis, qui fœminam fœcundam reddere vult, in vtroq; affectu cautē se habere sollicitet. Facile enim vterum per eadē refrigerari, ac fœcundandi actione priuari euenire potest. Pariter etiā eis ipsis infrigidantibus & adstringentibus medicamentis (licet liberalius) sanguinis fluxionem per dyapedesim factam lib. 5. metho. cap. 6. Galenus curare docet: quibus hoc vnum adiicit, quod si propter sanguinis tenuitatem aliquando incidat crassiori victu curanda sit.

Sicigitur hæmorrhoidum dolor & sanguinis fluxus, cū instant, remedia sibi adhiberi desiderant. Verū affectionibus his minime vrgentibus ad hæmorrhoides ipsas auferendas animum conuertemus. Quæ enim in vtero in sunt, securius quam hæmorrhoides in sede inuentæ (quarum sanationem si aliqua non seruetur, lib. 6. aphorif. text. 12. Hippocrates interdicit) earum nulla relicta prorsus sanari ex arte possunt. Sanguis enim, qui per vteri hæmorrhoides euacuandus erat, ad ipsum accedens, vbi hæmorrhoides omnino sanas inueniat, per proprias vteri venas secundum naturam euacuari valet. Quod sanè beneficium desideratur in sede.

Penitus autē vteri hæmorrhoides sanare valebit qui vno, ex tribus subsequētib; auxiliiorū genere vtatur: nēpē vltione, sectione, vè. l. resicatione. Curationē tamen, quā cū vltione moliri aliquis velit

(siue

(siue candenti ferro siue caustico medicamento sit perficienda) vterū (ni fallor) perferre minimè poterit. At, quæ sectione fit, verè ab eo (vbi res postulet,) valet sustineri: verū in solis ijs secandi oportuitas inuenitur, quæ in fungosam substantiā sint cōuerse. Quas equidem, vbi religationi subsit locus, prius funiculo constringere, deinde paulatim reficcare conuenit. Quod si tenuis ac sericifili in earū radice vinculo utaris, quod sensim arctius astringatur; donec hæmorrhoides prorsus abscondas: huic profecto operationis modo libenter assentiar. Ceterū curationis via, quæ (precedente totius corporis probidentia) hæmorrhoides reficatione curare docet, quoddutior sit (vbi ea sola ipsæ sanari queant) præ omnibus elligenda. Cui sanè operi oportuna existunt, non modo localia præsidia quæ sua adstringendi vi hæmorrhoides siccant, & occludant, verum nonnulla alia, quæ peculiari dote vel gestata, vel per os sumpta id ipsum efficere habent. Reficcare ergo hæmorrhoides valet, malicorij & gallæ puluis inspersus. Præstat etiam consimili modo adhibitus metallici spodij, & rosarum siccarum, simul permixtorum, puluis. Cuius equidem vnciæ semissi si, vncias tres pulueris malicorij, & baustiarum tostorum, vncias sex addideris optimum medicamentum ad idem conficies. Mirificè item eas reficcare comperies, si album canis stercus, quod nimis sit durum, cum antimonij æquali pondere misceas, ac in subtiles pulueres redigas; de superque inspergas. Eidem quoque vsui maximè conducit, ex myrteo ad motum, medicamentum;

(Quodd ex Hera Galenus adducit, lib. 5. de compo-
 med. per gene. cap. 2. Panacea Hera dictum.) Fo-
 rus præterea qui ex vino fiat rubro austero, in quo
 balauftia, myrtilli, rosæ, cupressi nuces, verbascum,
 alumen, & malicorium bullierint, mirum in mo-
 dum confert. Necdum minus proficiet suffitus, qui
 ex arborum musco, cypero, balauftijs, corticibus
 glandium, malicorio, sandaracha, & sulphure cum
 sufficienti cera paretur. Ad hæc & ex Anacardis suf-
 fimentum, si cum rosæ malicorio & amigdalino
 gummi administretur, haud inutile erit. Aliqua in
 super ore assumpta hæmorrhoides quoque tabefacere
 valent. Etenim Galbanum duarum drachmarum
 quantitate ex aqua frigida propinatum eas poten-
 ter exicare fertur. Radicis etiam pentaphilonis dra-
 chma semis, ex calida aqua, in hieme, & frigida in
 æstate, si pluries exhibeatur, ad ipsum efficere cre-
 ditur. Eidem pariter operationi conducere habent
 portiones quæ sanguinis profusioni conferunt. De
 quibus suo loco inferius agendum. Nonnulla tandè
 gestata hæmorrhoidibus opitulari est certum: consi-
 milis enim virtus in hieracite, & Indico lapide, à co-
 llo suspensis, inuenitur; vt lib. 9. de simp. med. facul-
 ta. cap. de iaspide viride Galenum insinuare aparet.
 Præsidium tamen hæmorrhoidibus profligandis
 maximo pereidoneum, experientia comperimus
 ab hippopotami dente desummi. Ex cuius fragmen-
 tis vel annuli, vel perforati calculi formati, digitis
 aut manus carpo alligati gestentur. Et hæc de mor-
 bis, quibus vnitas in utero soluitur, dicta sufficiant.
 Cancerosum enim vlcus consultò ex eo omittere
 pla-

placuit, quod institutum nostrum sit, eistantum affectibus mederi, à quorum curatione, fecundati di actio deficiens, recuperari valeat. Eiusmodi enim vlcus (quia nullam aliam, præter palliativam, curationem suscipiat) fœminam (pe fecunditatis consequendæ penitus priuat. Superest ergo vt ad morbos in compositione curandos deueniamus: à nimphæ & caudæ curatione incipiendo.

C A P V T VII.

De nimpha & caudæ curandis, fœminam sterilem reddentibus.



NIMPHA Et cauda, si eo creuerint, vt fecunditati officiat, scissione auferendæ sunt. Quali autem modo nimphæ sectio, administrari debeat pulchre docet Aetius, sermone vltimo, capit. 103. his verbis. Virgini in sella locatæ retrò assideat adolescens robustus, qui brachia sua poplitibus virginis subijciat. Cruraque eius ac totum corpus regat. Et tùm chirurgus antè ipsum stans forcipe ampliori nimpham corripiat, & per sinistram manum distendat, per dexteram verò propè forcipis dentes rescet. Mensuram autem rescissionis eandem, quam incolumellæ sectione, seruare oportet, vt ne funditus ipsam rescemus, sed supervacua

cū tantū pars amputetur; proinde propē dentes
forcipis nīpham resecandam esse diximus. Quo-
niam cum pelliculosa sit, plurimū extenditur: &
nisi quis diligenter obseruet, facile vltra quā opor-
tet amputationem faciet.

Consimilimodo caudæ amputationem capi-
te subsequenti idem Aetius administrare consulit;
vno hoc excepto, quod cauda tota ex basi debeat
resecari. Ab vtriusque autem recissione vlcus tan-
quā cruentum curandum. Cauda præterea (quia
carneam, ac subindē teneriorem quā nimpha
substantiam habeat) aliam peculiarem, vltra eam
quæ resectione fit, curationem suscipit. Cuius
equidem feen. 21. libr. 3. tract. 4. capit. 24. Anic-
cenas meminit: eandēque astricto fili vinculo
peragi iubet. Quod sane opus in hunc modum,
ut exequamur, expedit. Caudam semel religatam,
tribus à religatione transactis diebus, soluemus:
statimque arctius secundo religabimus: atque de-
cetero vinculo pariter quinto quoque die, soluto,
arctiori vtetur: quoad ipsa decidat cauda, quod
si in aqua rosacea, in qua sublimatum sit disso-

lutum, filum prius sit madefactum, resica-
tumque, plurimum utique
præstabit.



CAP.

CAPVT VIII.

De curatione verrucarum vteri quæ fecerunt
ditatem impediunt.



VTERI Medicandę verru-
cę, quę Gallicę non sunt, (de
his enim in curatione mor-
borum insoluta vnitae supe-
rius egimus) an totius corpo-
ris habenda sit cura ante cæ-
tera, quod expendamus, expē-
tunt. Etenim si lib. 1. de cōp.

med. secundum locos capit. 8. hæc apud Galenum
legimus. At verò si parua affectio existat sola loca-
lia & partialia appellata remedia citra corporis eua-
cuationem suffecerint. Et si nulla præcedat corporis
providentia; haud absre erit, vbi verrucas paucas,
ac paruas (siue hæ myrmecię, siue acrochordones,
siue quę thimi nuncupantur, sint) vterus habeat; ea-
rum curationem, remedijs topicis, ab initio aggre-
di. Cæterum vbi earundem numerus, aut magnitu-
do, id postulet: & eo maximè, si in corpore melan-
cholicum, vel crassum pituitosum succū redundare
constiterit: horum humorum vacuationem, ante
topicorum vsum, moliri, necessarium utique erit.
Quòd sanè opus eis ipsis perficiemus medicamen-
tis, quę ad con similes purgandos succos, sunt in su-
perioribus adducta. Quando verò, vt localibus vta-
mur præsidijs, ostēditur occasio; tūc equidē verru-
cas astrictivinculi cōpressionē, sectionē, vssionē aut

Quibus me-
dicamentis
melancholi-
cus euacuan-
dus, fol. 68.
& 69.
Pituitosus
a quibus e-
uacuandus
medicamen-
tis, fol. 51.

ex siccatione vñ, penitus auferre nitentur. Nō tamē
 hec absq; vñlo discrimine agēda. Acrochordones e-
 nim seu pensiles dictæ, vinculo ad radicē cōstrictæ
 facile habent areisci: atq; hoc pacto decidi. Quem
 equidem curandi modū quæ thymi dicuntur non
 agrē probe suscipiunt: eoq; ipso sciles, Grecē
 myrmecia, & communiter formicæ nuncupatæ,
 per sectionem, vñsionem: & siccantium vñum ma-
 gis aptē auferuntur. Acrochordones itaque verru-
 cas si stricto fili, capilli, setæ ve, ligaueris vinculo:
 quod sensim, quoties laxum fiat, toties iterum con-
 stringatur, marcidus reddi, ac subinde decidi com-
 peries. Quod si filum, præsertim sericum, antē reli-
 gationem, plantaginis aut rosarum aqua, in qua
 sublimati argenti non nihil solutum sit, madefeceris,
 exsicauerisq; facilius multo id perficitur opus.
 Ad idem etiā mirificē præstant fibræ, quæ in thy-
 meleq; virgulis per medium scissis, inveniuntur; earū
 nimirum corcula si ex ipsa verrucæ religentur. Eas-
 dem quoque verrucas, si magnæ sint, vinculo prius
 astricto, iuxta radicē iniecto, vñlitter forpice pro-
 fus amputare valemus. At religatione ipsa (vt san-
 guinis inhibeatur fluxus) adhuc post sectionem ma-
 nente, statim ab ea paruo semicandenti ferro au-
 ro vñlecti loci summitas leuiter deurenda. Vñsionis
 verò nocumentum minime perdifficile sustinebit,
 si, lintheo excepto, tum supra locovñsto, tum circū-
 iacēribus ei particulis nostro hoc (miro quidem ad-
 ambusto) vtamur vñguēto: butiri bacini sæpius lo-
 ti in aqua rosarum vñc. iij. vñguenti rosarum
 vñc. ij, pulueris cerulæ drach. vj, mucylaginis
 seminiss

nis seminis phsiliij extractæ in rosacea vnc. ꝑ. misce
& magna agitatione fiat vnguentum. Ante cuius
appositionem (quæ vnguento, lintheo panno ex-
cepto, fieri debet) eas ipsas partes dicta phsiliij macy-
lagine madefacere conducet. Sesiles etiam verru-
cæ sectionis curationem suscipiunt; verùm (secus ac
acrochordones) minimè quidem vnica vice ex vasa
secandæ sunt: sed tertio, aut quarto, quoque die ea-
rum tantùm magis callosa, ac minus sensilis pars
summa est abscindenda; & à quavis sectione (vt que
tenerior summitas remanet resiccetur) alicuius sic-
cantis liquoris gutta cotidie quinquies aut sexies
imponenda. Atque hoc modo paulatim agendum,
donec ad radicem deuentum sit. Erigitur ad id fi-
cus, ac tithimali lac opportunum medicamentum;
nec non & cucumeris siluestris succus. Id ipsum po-
tentius efficere valet vitrioli, aut sulphuris oleum,
ex rosaceo admixtum. Sit tamen (ne vicinam attin-
gat partem) per cauam pennam guttatim injectū.
Ac semel in die huiusmodi vti medicamento suffi-
ciet. Cuius equidem vsus, et si eiusmodi verrucæ
sustineant; vltionem tamen, quæ ferro ignito fit,
haud quaquam perferre valent. Quinimo vbi me-
dicamentis, adurendi virtutis expertibus, eas ipsas
resicare possimus (quia benignius eorum existat
opus) hæc profectò præ omnibus elligenda. Isti-
orum ergo maioris heliotropi semen pinsum, ac im-
positum optimum vti que est. Radix item diplaci
(hoc est labri veneris seu cardifullonum) vino co-
cta, deinceps tussa, vtiliter adhibetur. Præterea fici
grossi dicti. (Hispanè cabrahigos) nitro farinaque:

permisti eidem quoque vsui conducunt. Est etiam
 efficacissimum præsidium ex myrti, aut capparris vi-
 ridibus folijs sæpius ipsas perfricare. Præstat in su-
 per, si assa foetida, ex lacte soluta, imponatur. Nec
 dùm pulueres, ex pari portione hermodactilorum
 & sabinæ confecti, eidem operi inutiles sunt. Thy-
 mos vero valide profligatur melanthium ex vrina
 emplastri forma adhibitum. Eis quoq; ipsis assidua
 frictio, facta cochlearum carne, mire medetur. At
 fornicarias se in propria vxore in huc modum cu-
 rasse, Aetius refert, sermone vltimo, c. 105. his ver-
 bis. Origani festucam ad lucernam accendito, &
 fornicariæ verrucæ admocto, vt non inde incen-
 dantur, sed fumum solum suscipiat. Et hoc ter sin-
 gulis diebus facito;

C A P V T IX.

De curatione condylomatis, quod in ute-
 ro sterilitatem excitat.



TER I ex crescētibus rūgis,
 siue cum duritie ac dolore, si-
 ue sine his fiat (non secus ac de
 illis quæ in sede innascuntur
 Aetius protulit) condyloma-
 ta succrescunt. Quibus equidē
 si inflammatio accedat, duri-
 ties & dolor se totios exhibent. Illa verò absen-
 te condylomata mollia conspiciuntur. Nonnum-
 quàm præterea inflammatum condyloma (haud
 aliter

aliter quā reliquæ inflammationes) tenuibus euas-
nescentibus partibus, accidit indurari; nedum callo-
sum reddi. Quibus equidem diuersis conditioni-
bus, cū insigniri condylomata habeāt. Minime qui-
dem (vt alicui fuit visum) Cellum, Paulum, & Ae-
tium variē inter se de condylomate sentire, existi-
mandum est. Non enim ij omnes de omni condy-
lomite agūt. Etenim Cornelius lib. 6. cap. 8. & lib.
7. cap. 30. de eo rātū meminit, quod, siue callum
contraxerit, siue secus, inflātionem comitatus
fuit. Paulus verō, cū, suo tertio lib. c. 75. callis rha-
gadiarum curandis animum intenderit, de solo cal-
loso mētionem fecit: illum scilicet callum in rhaga-
dibus curare docent, quē condyloma dicunt. Verū
Aetius (qui conedylomatis quamque conditio-
nem citato loco scrutatur) tam de eo, quod citra in-
flammationem accidit, quā de illis, quorum alter
rū comitem se inflammationi adiungit, alterū, ea-
dem præcedente, callosam duritiē cōtraxit, cōsul-
tō equidem agit. Quā sanē condylomatis varia-
tē varia quoq; curatio necessario sequitur. Aliter
enim inflāmata, aliter collofa, & quæ ab his sunt alie-
na aliter etiā curari postulant. Quæ igitur inflāma-
tione molestat, eo profecto modo, quē inferius in-
medicanda vteri inflāmatione adducemus, totius
corporis prouidentia, quōd moliamur exposcunt.
Vltra quā itē localia sibi adhiberi præsidia exoptāt:
quæ quidem inflammationi quoq; conducant. Est
autem apospūissimum illud, quod ex oleis ono-
rum & feminis lini, diu in mortario plumbeo
agitatis, parari valet; cui si ardor infestet, mi-

mum comphoræ addendum. Eandem etiam ac-
 tionem præstant, quæ moderatè reprimuntia & re-
 frigerantia existunt, ac simul dolorem leniunt: quo-
 rum inferius capite de vteri inflammatione suffi-
 cientem materiæ copiam inuenies. Sed ubi inflam-
 matio, citra id quod induruerit, in cōdylomate pro-
 fligata prorsus sit; astringentibus hoc & resiccanti-
 bus, non secus ac quum citra inflammationem acci-
 dit, curari habet medicamentis. Istud tamen agen-
 dum, dūm modò paruum sit, minime quæ immode-
 ratè emineat. Quæ enim condylomata eminentio-
 ra & maiora existunt, chirurgia sunt auferenda.
 Verūm si Aetio indulgere vellis, qui distinctione
 dicta haud quaquam vltus hæc supracitato scripsit lo-
 co. Curationes autem primū quidem fiunt per
 medicamenta. Nec dūm ego ab huius cēmodi dis-
 sentiam cōsilio. Sed resiccantibus medicaminibus
 ante cætera curationem tentare securum iudico.
 Mirè autem condylomata resiccare, contrahere, pe-
 nitūsq̃ cōsumere valet hoc, ab Aetio adductum,
 emplastrum sub his verbis. Mysi assatum tereben-
 thina liquida excipe, vt emplastri compagem ha-
 beat, & adhibito prius per aquam fomento impo-
 ne. Vtere velut admirando. Id ipsum efficere dicit
 inspersum puluerem ex ouorum testis, quæ pri-
 mū vltg, deinde trite, lote, & siccatę sint. Eidem
 quoque vsui pulueres, qui ex metalica chrisocola,
 hēmatitę lapide, sibiō, & eris squama, pari per
 missis quantitate, parentur, mirificè prosunt. Ex
 quibus item pulueribus vnguentum, minimè qui-
 dem parui pendendum, in hunc modum conficere
 possumus.

possimus, olei in quo verbenæ heruæ & interiores
malicorij partes bullierint vnc. ij. subtilis pulueris
æris squamæ & antimonij anā drach. sem. misce &
sufficienti cera fiat vnguentum. Cuius, linteo exce-
pti, appositionem si exastringēte vino, in quo ver-
benæ, rubi folia, & malicorium prius serueant, fo-
tus præcedat; per vtile erit. Si verò fortioribus vti
medicamentis necessarium esse appareat: vtiliter
hi pulueres inspergentur, qui recipiunt. Sandara-
chæ rubræ drach. j. chalcitidis & aluminis anā
drach. ij. hermodactilorum vstorum & mirtillo-
rum anā drach. iij. sabinæ siccatae, & subtiliter tri-
tæ vnc. j. misce & in subtiles pulueres redige. His ta-
men (quia arrodentia vterus difficile ferat) parem
cerussæ portionem admiscere rationi consenta-
neum existit. Validè etiam id ipsum exquemur
opus, resiccatis adhibitis linamentis, quæ rosarum
& plantaginis aqua, ex sublimato argento de co-
cta prius made fecerint. Quod si his adhuc factis
(quia magna & colloso condylomata existant)
minimè quidem resiccationi cendant; vinculo aut
sectione eadem auferre oportebit. Cum hoc ta-
men ijs, quæ non admodum dura sunt, prius emol-
litione, de inde abstertione vsi, (non secus ac de cu-
rando vlcerum callo in superioribus est dictum)
apertissimè utique medebimur. Vinculi autem cu-
ratio eo pacto, quo in acrochordonibus verrucis
per agenda. Ea verò quæ abscissione perficitur in
hunc modum administranda venit. Ægra commo-
de locata, oportuno ad id instrumento condylo-
ma distendatur, & forpice aut nouacula funditus

excedetur. A quo sane opere, primū suppuratoria,
deinde repurgatoria, ac postea quæ ad cicatricem
perducit curatio adhibenda est. Et hæc de morbis in
numero sint satis: sicque opportunum erit vt mor-
bos in vteri magnitudine sequenti capite curare ag-
grediamur.

C A P V T X.

*De curatione esterilitatis ab vteri mor-
bo in magnitudine orti.*

*Huius affe-
ctus digno-
tio fol. 24.
et 25.*



Orbus in uteri magnitudine non modò inuitiata totius in-
strumenti magnitudine, sed in
ipsius vteri debita tunicæ cras-
situdine (quia nimis rari gracili-
or aut crassior sit quam fœ-
cunditas postulat) consistere
valet. Quod si primum eueniat: habeatque uterus
insignē, infra naturæ modum, magnitudinis im-
minutionem, incurabilis prorsus consimilis existit
affectio. Deplorata tamen iudicanda nō erit, si il-
lius imminutio breui interullo à debito recedat
modo. Quo casu, vbi maximè cervicis duntaxat
capacitas aliquantulum sit minor, quàm ad fœcun-
ditatem requiritur: per illa præsidia curationem mo-
liemur, quæ pro oris matricis strictura curanda ab
Auicena adducuntur lib. 3. fecund. 21. tract. 1. cap. 9.
Ea autem sunt æssus brasicæ (quam commentator

Iaco-

Iacobus **matrici eiusque ori augmentum præbere** credit (& vsus apij, anisi, cimini ac similibus aliorum, quæ uteri vias aperire & dilatare habeant: balneum item, & inunctio, quæ per internam vnguentis emollientibus fiat: simulque cum his stanci instrumenti, mediocris crassitie, in vuluam intromissio. Atque hoc agendum esse dicit, aucta paulatim ac lente instrumenti dicti crassitudine. Quæ verò locellos ad consimile suscipiendum instrumentum emollire possunt, ex assungijs & medullis, additis (si placeat) oleo lilij, & mucylagine seminis lini & fœnugreci, ci, vtiliter parantur. Sicque apposite hoc utemur linimento, quod recipit, assungia porcina & medullæ vitulline anà vnc. j. sem. olei amigdalorum dulcium & lilij albi anà vnc. j. mucylaginis seminis lini & fœnugreci vnc. sem. ceræ parum misce pro linimento. Sed ipsa uteri tunica à natiuitate gracilior prætermo-
dam, aut crassior, immedicabilis omnino existit. Eadem tamē ab alimenti penuria extenuata, non sic, sed eis profecto victus ratione, aque dulces balneis, aut infusionibus, fœmentis, vnguentis euaporationibus ac pessis, ad siccam profligandam intemperiem superius traditis, refici poterit. Quæ itē ab humorum influxu reddita est crassior, si pro cuiusque humoris tumefactione efficientis natura, peculiaris ei ipsi adhibeatur curatio: subsidium etiam sufficienter accipiet. Quali autem modo id peragi debeat inferius dicemus, de cuiusque seorsim tumoris curatione caput peculiare instituētes. Quo fit ut huius imposito fine, ad uteri morbus in conformatione curandos accedamus.

fol. 50.

CAP V T XI.

De curatione morbi uteri in figura sceminam sterilem reddentis.



MORBORVM In conformatione alios in superficie, alios in figura, & in via alios consistere, in superioribus diximus. Quorum equidē ij, qui in leuigata aut exasperata superficie sunt, quia humidas necessario, vel siccas sequantur in temperaturas, (quæ abhumectantibus, aut exsiccantibus humoribus, in utero contentis, interdum excitare habent) ad sui curationē eis tantum præsidij egēt, quæ, tum in superioribus ad has curandas intemperies adduximus, tūm inferius quā in sterilitati à similibus in matrice præexistētibz succis ortæ medeamur, traddemus. Qua propter, si bis eadem scribere nolumus, eisdem morbis curationem nunc adhibere necessariū non est. Ad reliquos ū ergo in uteri confirmatione morborum curationem transferre decet, in figura scilicet & in via, eisq; singulatim mederi. Sed morbum in figura primū in curationem suscipere, ipsiusq; præfens hoc conscribere caput nobis placuit. Uteri itaq; morbum in figura prefigabit, qui post quā eius curationem, attentā causæ conditione, molietur, declinatam matricem, oblectricis digitis debite inuertere conetur.

Insurgit

Quomodo
hij cognoscē
di. fol. 25.

fol. 50. &
fol. 52.

cap. 24. hu-
ius. 1. partis
3. lib.

Illius dig-
nitio fol. 25
& 26.

Infurgit autem vitium id (vt libris superioribus diximus) cum vteri venæ à menstruo sanguine (vel ob sui crassitiem, vel propter obstructionem ad matricis cavitatem per transire nequeunte) referat, simul cum vicinis eiusdem vteri appendicibus (quos humectant) extenduntur, ac versus illam partem ipsam met vterum retrahi efficiunt. In qua sane retractione, cum obstructio vias referari, & crassus sanguis sui attenuationem exposcat, idcirco vtriusque curatio haudquaquam eadem esse debet: sed eorū unicuique seorsim mederi expedit. De curatione tamen obstructionis, quia hæc necessariam conceptioni alendo sanguinis permeationem impedire habeat, quando sterilitati, quam eiusmodi producit causa inferius medeamur tunc equidem agendum. Nunc verò de illa, quæ eo tempore, quo crassos sanguis vteri figuram dicto vitiat modo, exerceri desiderat. Igitur rem hanc ad vnguem possumus absolutam accipere à victus institutione, exuperatis succi euacuatione, ac topicorum vfu debito modo peractis. Optima tunc erit victus institutio, cum cibus sit coctus facilis, optimi nutrimenti, & moderata sumptus quantitate. Potus vinum album aquosum, vel aqua in qua capillus veneris aut anisi semen bullierint, nedum cinamomo aromatizata, & decubitus fiat in latus sanum, ac venter clisteribus leniatur. In hoc præterea affectu, opportuna euacuatio (quia suppressos præ sanguinis crassitie menses ipse subsequatur) sanguine ex talo misso exerceri postulat. Interdum tamen interna brachij vena secanda, quàm videlicet malum id, à totius plenitudine

Cap. 2. Lib. 1.
ins. lib. 1a.
partis.

foeneri contingat. At si in corpore crassum succū
ex superare constiterit, cuius consortio menstruus
ipse sanguis, crassus reditus, eandem creauerit affe-
ctionem cum quidem humorem, debita prepara-
tione præmissa per infernam aluum purgare stu-
demus: pharmaco quidem pro exsuperatis humo-
ris natura exhibito. Qualia autem hæc esse debeant
in superioribus requires: pituitosum quidem eua-
cuatione succum in curatione humide vteri intem-
peraturæ; melancholicum verò soluentia in eorum
matricis vlcerum curatione, quorum bilis atra fuit
causa. Et ubi euacuationibus ijs ab omni vicio, cui
vterus valeat consentire, corpus liberum esse appa-
reat; tunc utique topicorum vsus oportunus haud
aliter existit; ac dum ipso solo patiente vtero, nulla
corpus (quia prorsus sit in culpatum) euacuatione
indiget. Quo sanè tempore euaporationibus, foti-
bus, inunctionibus, ac pelsis, tum retractæ partis du-
ritiem emollire, tum crassum sanguinem (à quo tor-
sus est vterus) attenuare, pariterque discutere cona-
bimur. In cuius quidem vsum aptissima euapora-
tio fiet, ex decocto radicum altheæ & ireos, flo-
rum chamemali, meliloti, seminis lini & foenug-
reci. Fotus verò, ex oleis lilij albi, laurino, & cha-
memalino permistis, vtiliter paratur. Sed inunctio
quæ à fotu fiat, valde utique proficua vnguento
hoc exercenda venit; quod recipit, olei amigdalor-
um dulcium, chamemali, & lilij albi, ana vnc. sem-
mucylaginis seminis lini, & foenugreci, in vino al-
bo extractæ vnc. iij. pinguedinis anseris & gallinæ
ana vnc. sem. cere quod sit satis misce pro vnguen-
to.

fol. 55.

fol. 68. &
69.

Quando to-
pice vten-
dum.

fo. Pessos denique ex oleis chamemali, & anethi,
 œsipo, medulla ceruina aut vitollina, adipe anseri-
 no, & butiro, addita cera, haud minimum ad idem
 conficere conducet. Manus præterea obstetricis,
 nobis in subsidio venire, curationis complementum
 ut plurimum exposcit. Quod equidem Hippocra-
 tem consuluisse comperimus, libro de natura muli-
 bri, & lib. 2. de morbis mulieb. Quibus in locis yte-
 rorum obliquitatem post fomenti usum, digito im-
 misso ipse curare docet. A quo Actius consilium
 hoc sumpsisse videtur, te trabili 4. sermone 4. capite
 77. ubi auersionis versus anum, aut in obliquum fa-
 ctæ curationem affert his verbis. Primum obstetri-
 ci imperabimus ut, digito in anum immisso, uterum
 propellat; deinde glandem ano subdat quatuor di-
 gitorum longitudine, ex Galuano & cera paratam,
 cuius extremitati filum, extractionis gratia, sit ane-
 xum. Aut castoreum aqua dilutum & lana excep-
 tum similiter subdatur. Aut vitumen aridum, aut
 pix liquida. Postridie verò irinum, aut susinum
 oleum tepidum, in uterum & intestina infundatur.
 Et loci aromaticum, aut marrubij, aut conicæ deco-
 cto foveantur: & ex eodem uterus eluatur. Postea
 verò ceratum rosatum adhibeatur. Si verò in obli-
 quum tractatio inclinat; primum eadem fomenta
 adhibeantur. Deinde obstetrix, specillo cum di-
 gito submisso, uteri collum dirigat. Ægra verò in
 contrarium parti affectæ latus, aut supina decubat.
 Pessis in super mollientibus aperientibusq; utemur,
 & ex prædictis oleis aliquod infundemus: & pectini
 lana vino & rosaceo imbutam, aut succum seminis

lini curatio exceptum imponemus. Et castorium
 cum aniso, aut cumino, aut nigella aut peoniae radi-
 cæ, aut simirniæ aut dauci semine, aut aristolochia,
 aut gentiana, aut helenio, ex aceto mulso propona-
 bimus. Quando autem uteri retractio à tumore ali-
 quo proficiscitur pro huius varia natura diuersam
 postulat curationem. Quam e quidem inferius inue-
 nies; ac de vno quoque seorsim tumore peculiare
 caput conscriptum. Frigiditas præterea uterum re-
 clinare cogens aliam à frigidi intemperamenti su-
 perius tradita curatione minime desiderat. Nec
 dum uterum retrahens (qualida durities (quæ callo-
 sa non est) frigida profligandæ intemperaturæ mo-
 dum defugit. In his tamen viris quæ cū peculiari
 aliqua maxime patitur uteri pars (ea nimirum ver-
 sus quam fit allaplos) observare utique oportet, ut
 quoad fieri possit, ipsi tantum lēssē particulæ loca-
 lia adhibeamus præsidia: præsertim in retrahēte sic-
 citate. Quæ quidem ea ipsa de causa encatasmatis
 usum secare minime admittit. Etenim quæ matrici
 particula aut nulla, aut per pauca siccitate labo-
 rat, si validè humectetur, novam & maiorem affe-
 ctionem acquirit. Agræ tamen partis ratione, ubi
 uterum siccitas retrahit, valida emollitione
 (quam è regione ipsius tantum vitiatæ par-
 ticulæ moliamur) vti proculdu-
 bio expedit.



CAPVT XII.

De curatione stirilitatis quæ ab occlusa sit uteri via per membraneam carneamve substantiam, vel, aliquo præcedente vlcere à labiorum coalitu, aut super crescente carne.



Elíquū uterine conformatio
nis viciū, quod per morbum
in via constitui habet, iam in
curationē se offert. Primū
tamē ei qui in occlusa confi-
sit via medebimur. At capi-
te hoc nunc de occlusioni,
nibus tantum illis agere insti-

*Diagnosis,
fol. 25. &
sequētibz.*

tuius, quæ à membranea carneā vè substantia,
vel, aliquo præcedente vlcere à labiorum coalitu,
aut super crescente carne proueniunt. Quas equi-
dem curaturo medico, an integræ, ipsæ sint an-
secus, ante cætera, considerare expedit, & qua in
parte eedem in sint. Quippe integræ sectione, ex
eisdem verò reliquæ emollientium vsu curari ha-
bent. Rursus quæ longè à pudendo prope uteri
os existunt (seus ac quæ iuxta pudendum inue-
niuntur) medio dioptra instrumento curari po-
stulant. Quādo igitur, quia penitus occlusa sit via
sectione uti est opus, vbi non lōgè à pudendo obtu-
ratio ad sit, foeminam supinam inflexis cruribus, ac

bene diductis, ita ut cuiusque genu ad sui lateris
 axillam vergat, præ omnibus locare oportet.
 Deinde scissione iam inchoata hæc ipsa quous-
 que ad magnitudinem debitam meatus accedat;
 vossellæ ope, (Hispanis pinzas) perficietur. Stylo
 tamen (vulgo tiente) maioris tutelæ gratia, ubi
 profundior obturatio existat, in uteri cervicem
 immisso. Postea verò, oleo & astringente vino
 imbutis, complicatis linamentis (a quibus, extra
 sectionis causa, filum alligatum pendeat) sectus re-
 plebitur locus. Sed prius foemina, ubi profun-
 dior seccatur occlusio, erecta statuenda erit, pro-
 tinus post sectionem: ut qui in utero collectus
 sit humor commode profluat. Quibus factis, &
 loco probè deligato quies imperanda. Ac inter
 tium diem, nisi dolor urgeat ab alia curatione
 abstinendum. Sequentibus verò diebus locus cū
 aqua malsa eluctar: & suppuratorium pharma-
 cum, in torto linamento exceptum subdetur. Ac
 ubi cicatrix inducenda est, estaneus indetur cana-
 lis, & eo usque alligabitur, donec locus consolide-
 tur. Partibus verò rursus inter se coeuntibus, quous-
 que inducatur cicatrix, spongia sicca est indenda.
 Quod si prope ipsum uteri os obturantem mem-
 branam esse constet, foeminam prædicto modo
 locare convenit, ac medio dioptra instrumento,
 membrana ipsa per vossellam arrepta, & extenta,
 sic intorquenda, ut tota simul colligatur, & la-
 to specillo amputeretur: executionemque hanc (vi-
 ni astringentis, in quo rosæ & maliorum bullie-
 rint, lotionem præmissa) tum alicuius epulotici
 pulve-

pulveris inspersio, tūm, filo alligati linamenti torti subductio continuò subsequetur. Quem equidem pulverem ex thure, sanguine draconis & bolo Armeno, aut ex mirra, litargirio, malicorio, & thure vtiliter parabis. Eisdem etiam pulveribus oui albumina per mista, si linamentis digitis excipiantur, mire vtiq̃ue præstabunt. Sequentibus verò diebus ex eis ipsis pulveribus & terebenthina lota minime contemnendum vnguentum ad idem confici valet.

Verū si non quidem omnino clausa, sed aperta, licet minus quam est opus, vteri via existat (quod etiam post ulcerationem prægressam cuenire solet) eam sane dilatare pessis, euaporationibus, infussionibus, fotionibus, & vnguentis quæ emollire habeant, tentare oportet. In quem usum appotissimus conficitur pessus ex radice althææ cocta & contussa, farina seminis lini & fœnugreci, cum anserino adipe & per pauco moschio aut ambra permixtis, & in serico linteo inuolutis. Pessus item satis emolliens in huc modum confici valet. Olei liliacei vnc. j. butiri recentis sine sale drach. iij. medullæ vitullinæ, assungia Gallinæ, & anseris, seminis lini, fœnugreci anà drach. j. & sem. masthiciis meliloti anà dracha. j. misce, adita ea cææ quantitate quæ ad iustam crassitudinem inducendam sufficiat. Deinde lana duplicata, in hoc medicamentum intincta, vtero subijciatur. Euaporationes encathemataque parare proderit ex decocto pulegij radicū althææ, & iros foliorum maluarū & lauri.

feminis lini foenugreci & maluarum. Preterea partem fouere ex oleis liliaceo, laurino, & sciamino, solis, aut praedicto decocto admittis valde conducit. A foru vero emollienti aliquo utemur vnguento: cuius sortis subsequens est, quod recipit mucylaginum ficuum & foenagreci vnc. ij. sthiracis, mirrhæ, & ammoniaci, in oleo irino dissoluti anà vnc. j. ceræ nouæ quod sit satis misce pro vnguento. Eidem vsui mirè proficiet vnguentum hoc, quod recipit, butiri baccini & assungie suille anà vnc. ij. assungie anatis, galline & anseris anà vnc. j. & sem. olei agnidalorum dulcium & lilij albi anà vnc. iij. mucylaginis feminis foenugreci in vino aquoso extractæ vnc. j. gummi ammoniaci in liliaceo dissoluti vnc. j. sthiracis calamithæ anà & mirrhæ vnc. sem. radicis reos drachā vnā croci drach. sem. musci scrup. j. ceræ & terebentine ana partes equales ut fiat vnguentum. Hisce ergo praesidijs ubi aliquibus diebus prius utamur oportunus utique eorum erit vsus, quæ in uterum immissa paulatim foramen amplius reddant. Quod sanè sicce spongiæ & gentiane radix efficere habent, si pessi forma adhibeantur. Atque eius crassities mediocris in principio, deinde vero lente & paulatim augere expediet. Interim tamen ab emollientium vsu minime desistendum, sed is semper eiusmodi pesis antecedar. Fissile etiam ex stano vel plumbeo ad idem maximè præstant. Quæ quidem omollientibus, & ubi caro fuerit duriuscula corrodentibus illiniuntur, medicamentis.

Quod si super crescens ex præcedente vlcere caro uteri efficiat occlusionē: huius curatio per eius-

dem

nis ablationem peragi debet: eritque carnis super
 crescentia auferenda eo prorsus modo, quo dum
 hyperfarcion vlcus laboranti utero medicauimus,
 in superioribus vti fuimus.

CAP. V. T. XIII.

*De curatione sterilitatis quàm uteri in-
 flammatio producit.*



IN Uteri tumoribus, inter alios
 morbos in compositione, qui in
 eis in fante complicati, morbi etiam
 in oclusa via reperiuntur solent:
 sicque dum hos profligare inten-
 dimus, tumorum curationes af-
 ferre nobis fuit visum. Ac primum de inflamma-
 tione agentes, eius curationem (si Galeno credi-
 mus, lib. 13. metho. cap. 6.) in duobus his consistere
 inueniemus: augmenti scilicet prohibitione, &
 illius quod factum est ablatione. Hæc tamen duo
 quod debita victus ratio instituat requirunt. Pro-
 cuius recta institutione aer elligatur temperatus;
 somnus sit moderatus; quies præcipue crurum im-
 peretur; & brachiorum & manuum frictio; alui ex-
 crementa natura, vel mollibus & attemperantibus
 elistheribus subducantur; animi affectus vitentur;
 potus sit aqua hordei; & victus prætenuis, ac maxi-
 me in principio: tunc enim ius pulli, amigdalatum
 ex hordei cremore, & pilana eiusdem, hordei co-

diagnostico fo-
 lio 26.

curationis
 uteri: flā-
 mati duopri-
 mi ac præci-
 pius scopi.

lata, vel secus, ex usu sunt: Deinde verò ipsius pulsi-
 caro, & oua sorbilia & recentia. Hac igitur victus-
 ratione præmissa, duo illa moliri nobis in animo
 erit: putà inflammationis augmentum impedire,
 & quod eius factum iam est auferre. Inflammatio
 quæ facta est sola curari debet vbi prius quæ in ge-
 neratione est, sit profligata. Huic autem mederi ex-
 pedit sanguinis ad affectum locum confluxum inhi-
 bendo. Quod sane opus (Galeno supra dicto loco
 docete) commodè exequemur si fluxionis causam
 inuenerimus. Quam duplicem esse dicit. Aliquan-
 do enim ex ipsa parte, quam phlegmone vexat, or-
 tum ducit; aliquandò ex alia parte alijs vè. Ex ipsa
 quoties calidior est facta, aut dolore vrgetur. Non
 ex ipsa quando vel alia qua piam vel alijs superfluū
 illi transmittitur: vel etiam ex totius corporis affe-
 ctu. Harum prima causam dolorem lenire & calorem
 attemperare postulat; altera vero cūm his fluens
 rem succum & reuellere & reuulsoriè euacuare.
 Reuellemus quidem manuum frictionibus, ligatu-
 ris, & labacris à principio frequenter factis. Cautè
 tamen id agendum vbi à suppræssis mensibus inflā-
 matio oritur. Fluentis succi euacuatio (quod is san-
 guis sit) per sanguinis missionem fieri expetit. Ve-
 rum si sanguis non tantum quantitate grauians, sed
 propter alicuius cachochimi succi consortium, qua-
 litate etiam offendens, fluxionis quoque causa exis-
 tat, vt in culpator ipse maneat, eiusdem equidem
 vitiosi humoris euacuatio (quæ per medicamen-
 tum expurgans exercenda venit) exigere videtur.
 Quam profecto, dūm modò (vt ab Hippocratis &
 Galeni

Galenī placitis, libr. 4. de victus ratione in morbo acut. text. 21. & 22. minimè deuiemus,) nec statim in principio, nec ante sanguinis mīssionem ipsa fiat, aspernere haud quaquā licet. Blandis tamen exerceri conuenit medicamentis; qualia existunt manna, cassia, & syrupus ex pluribus infusionibus tam violarum, quā rosarum. Nec minus conducet ijs, qui ad vomitum faciles sunt, hunc leuiter mouere; cum eiusmodi euacuatio mire ab inferioribus reuellat. Præ omnibus tamen euacuationibus (ubi nihil obstat) sanguinis mīssio inflammato utero ex usu maximè est. Eaquē, si reuulsorie fiat, non tantum fluxionem habet inhibere, sed dolorem lenire, & calorem temperare. Venæ enim sectionem à principio factam vtilem admodum inflammationi esse, siue ab ipsa inflammata parte, siue ab alia, à toto vè, fluxionis causa præstetur, hæc Galenica palam ostendunt verba, libr. 13. method. capit. 9. Sanè vacuamus totum corpus (sicut in libro de plenitudine monstrauimus) nō modò cum in redundantie succorum est habitus, sed etiam cum mediocritatem succorum continet, si morbi magnitudo suadeat. Siquidem dolor & calor membri, in quo phlegmone sedet, etiam si purum ab excrementis totum corpus sit fluxionis causæ sunt. Si itaque vterus inflammetur, à quacumque dictarum causa id malum proueniat (modo nullum illorum obstat, quæ pro sanguinis mīssione exercenda, libro de curandi ratione per sanguis mīss. & libris method. passim Galenus considerare consulit) rite sanguinem confectum mittemus.

vena secan-
da in vteri
inflamma-
tione qua-
lis.

Quæ vero seccanda sit vena, an videlicet ingibe-
ro, an in talo: si à Galeni placitis deviare minime
cupimus haud facillè decerni valet. Libro etenim
de curandi ration. per sang. miss. capit. 18. & lib. 13.
metho. capit. 11. venas quæ in cruribus sitæ sunt in
vteri inflammatione seccare iubet. Cuius equidem
oppositum ex ipsamet, in eisdem locis, Galenica
doctrina videtur colligi; vterò enim inflammato
menses deuocare ipse prorsus interdicit; vnde cum
hos à venarum in crure sectione promoueri fatea-
tur, reliquum est vt has venas in vteri inflammatio-
ne scindere, minimè expediat. Galenum igitur hac
in re sibi ipsi contrarium esse leuiter consideranti
apparebit. At res, eo quo decet modo perpensa, ip-
sum à simili calumnia apertè vindicabit. Quando
enim Galenus inflammata matrice, menses nullis
promoueri permittit auxilijs; de illis certè intelli-
gendus venit, quæ sanguinem ad vterum euocant,
citra id quòd eius completam euacuationem effi-
ciant. Corpore enim eo præsidio, quod menses
mouere valet, insufficienter euacuato, eius quod
superfluum remanet ad vterum excitabitur fluxus;
ita vt malum geminetur. Verùm si eo auxilio, quod
menstrua habet mouere, corpus ad ungues enacue-
tur (quandoquidè sic nihil superfluit, quod ad vte-
rum confluat) eiusmodi certè præsidium haud in-
frugiferum esse ipsamet totius corporis & affectæ
partis euacuatio facile testatur. Quam ob rem
in vteri inflammatione, tametsi eo ipso loco in-
ter menses mouentia (quorum vsus, loco citato me-
thodi, in eodem inter dicit affectu) sanguinis ex
talo

talo detractionem connumeret, ex eodem talo sanguinem mittere Hippocratis comentator palā iubet: non quidem alia ratione, nisi quia euacuatio hæc, ea quantitate fieri debet, vt nullum remaneat superfluū quod materialem fluxionis causam præstare valeat. Nec aliud certè Galenum sensisse, cogitandum est: fateri enim minimè decet doctissimum solertissimumque Galenum, eodem ferè loco, duo inter se cōtrariaprotulisse: sed vbi distinctio ne rationi consona videntibus, ipsum minimè à se esse diuersum nobis cōstet, eadem distinctio (quā nobis longe melius eum calluisse, iustum est existimemus) eius verba debere subintelligi credendū proculdubio est. Et eo maximè quando, quæ in eorum interpretationem adducūtur, aliena ab ipsius doctrina nullatenus sunt. Meritò itaq;, vbi sanguinem ex talo mitti in vteri inflammatione Galenus instituit, plene completam ac in magna illa quātitate, qua ipse solitus erat vti, consimilem euacuacionem cum debere fieri, tum hanc esse Galeni mentem, iudicamus. Cæterū cū huiusmodi euacuacionem tolerare valens, per difficile nostris temporibus inueniatur: hinc fit vt ipsa præsentē fluxione, dū aliunde fluxus causa vtero præstatur, (alias enim è venis tali sanguinem mitti valde conducit) tutiori pergamus via, si euacuacione utamur, quæ planè reuellat, & si hæc parum à parte euacuet affecta. Quæ sane vacuatio ab internis giberi venis commodissimè fit, & fluentem succum reuulsariè mirifice euacuat. Cuius ratione, nec non & quia ab inflammata adhuc parte nō nihil accidit euacua-

De curat. steril.

*Topicorum
vsusqualis.*

ri, eius calor simul & dolor remissionem susci-
piunt. Ij tamen duo alijs, vltra sanguinis detractio-
nem, præsi dijs, in sui subsidium, ægent; nempê
dolorem leniendi, attemperandique calorem vir-
tutem obtinere requirunt; sed etiam vterum robo-
randi. Tùm quòd dignitatis partis habenda sit ra-
tio, (vt pote quæ ad conceptum robore æget) tùm
quod particulam læssam, ne amplius recipiat, ro-
borare expediat. Sicque opportunus in principio
forus ex oleo rosaceo, & cotoneorum, per pauco
aceto permixtis. Quibus si refrigerandi vltus id pos-
tulet, plantaginis, semperuiui, solani, aut vmbilici
veneris succus est adiiciendus. Emplastrum etiam
ex vltu erit ex malis cotoneis, vino diluto decoctis,
cum hordei farina & rosaceo oleo confectum. Aut
si calor vrgeat ex vmbilico veneris plantagine, por-
tulaca, pampinis vitium, & poligono bene pista-
tis. Proderit præterea si prope vteri os inflamma-
tio, aut incernice existat, pessos in pricipio subde-
re ex vna santalini & duabus vnguenti rosacei par-
tibus confectos. Quo etiam tempore haud inuti-
les erunt pelsi, qui ex vnc. ij. vnguenti rosarum &
serup. j. pulueris rubeorum santalorum formentur.
Si verò penitior fuerit inflammatio, quàm vt apes-
sis beneficium accipere valeat, iniectiones emolu-
mentum afferent. Quæ quidem ex oleis rosaceo &
melino, addito nonnullo plantaginis succo, in prin-
cipio vtiliter fient, aut ex eisdem oleis, in quibus
æqualis mucylaginis psilij quantitas, lento igni cō-
sumpta, fuerit. Quibus, dolore urgente, (si Auen-

zoar vera dicit) virellorum ouorum oleum permiscere mirifice præstabit. Sed vigente morbo, quia aliquid digerere oportet, seminis lini, fœnugreci, & meliloti, decocti quidpiã prædictis oleis est admiscendum. At quia indeclinatione, sola resolutione, citra repellentium vsum, opus sit; hoc equidem tempore irinum & anethinum oleum cum nardino permista iniicere proderit: Quibus apostissimè additur seminis fœnugreci florum meliloti, & chamemali, ac radicis liliorum decoctum. Ad eundem quoque modum pessi in vigore non tantum repellendi, sed discutiendi vim habere debent. In quem vsum aptissimi sic formaripossunt. Florum meliloti seminis lini & fœnugreci anã partes æquales tere & sufficienter in oleis melino & rosaceo coque; deinde cū gallinæ aut anatis affungia pessos confice. Indecclinatione verò (in qua resolutioni tantum est attendendum) pessi subduntur qui ex œsipo, medulla cervina ac anserino adipe recentibus cum cera, irino, nardino, & anethino oleo parentur. Quod si horum calorem fœmina non ferat, & aliquantulum dolor excruciat, ab Actio tetrab. 4. sermon. 4. capit. 83. optimos accipimos pessos; hæc dicente. Fœnugrecum maderacito, & prima ac secunda aqua diffusa cum terra pura ac dulci coquito, ac excolato, & ad decoctum adipem anserinum, vel gallinaceum recentem addito, & ad prunas liquari finito. Et ubi frige facta fuerint, concretū adipē tollito, ac seruato, atq; vsus tempore spatula in manu subactum, pessos excipito, ac subdito. Eadem quoq; seruata lege,

De curat. steril.

ea quæ exterius sunt adhibenda, virtutem ex discus-
 sione & repellente implexam, vigente morbo, ob-
 tinebunt, solam tamen digerendi in declinatione.
 In vigore ergo cataplasma in hunc modum parare
 proderit. Farinæ ordei vnc. ij. rosarum rubearum
 p. ij. florum chamemali meliloti & summitatum ab-
 sinthij anâ vnc. sem. olei melini & rosacei quod sit
 satis misce vt fiat cataplasma, moderate calidum ap-
 ponendum. Aliud etiam ex fœnugreci & meliloti
 decocto cum fœnugreci etiam & hordei farina ad-
 ditis chamemali mirthillorum & cotoneorū oleis,
 vtiliter ad idem parari valet. Quod si istorum loco
 vnguentis vti placeat, minimè cōtemnendum erit,
 quod recipit, Mucylaginis seminis lini psilij & fœ-
 nugreci vnc. ij. olei rosarum cotoneorum & chame-
 mali anâ vnc. sem. misce, & sufficienticera fiat vng-
 uentum. Inclinate verò morbo (quo tempore,
 ac præuacuato corpore, discutientia citra reprimen-
 tium vsum inflammatio postulat) non modo
 resolvere, pro vt fieri poterit, in animo erit; sed me-
 dicamentis id agere curabimus quæ (seruato tamen
 particulæ robore) laxandi quoque virtutem obti-
 neant: cum aliâs in scirrholam duriciem inflamma-
 tio de generare soleat. Sic quæ huiusmodi tunc cata-
 plasma ex vso erit. Parietariæ, m. j. sambuci, florum
 chamemali, meliloti anâ pug. ij. farinæ fabarum &
 hordei anâ lib. sem. olei chamemali & amigdalorū
 amarorum anâ vnc. sem. olei nardini & assungix
 gallinæ anâ vnc. j. misce & cataplasma confice.
 Quod si aliud cum ijs quæ vterum respiciant para-
 re velimus subsequens vtilissimum erit. Radicis
 liliorum

liliorum & altheæ anā vnc. iij. maluarum m. j. arte-
 misiæ vel partenij, m. sem. florum chamemali, me-
 liloti, anethi, anā p. j. coquantur prius, deinde con-
 rundantur, & per cribrum transmittantur, cui ope-
 ri decoctionis aliquid addendum; deinceps adde fa-
 rinæ fabarum & ordei anā vnc. iij. pinguedinis por-
 ci vnc. iij. butiri recentis vnc. ij. olei chamemali & li-
 liorum anā vnc. j. & sem. misce & fiat cataplasma.
 Eidem quoque vsui vtile admodum vnguentum;
 id esse crederem, quod recipiat, mucylaginis ra-
 dicis altheæ seminis lini & fœnugreci vnc. ij. olei
 chamemali, irini, anethi, & nardini, anā vnc. sem.
 pulueris florum chamemali, meliloti, & rosarum,
 ac summatum ab sinthij, anā drach. sem. misce &
 sufficienti cera fiat vnguentum. Præter hæc etiam
 in vera morbi declinatione matricis inflammatio-
 nem mirifice discutere habet emplastrum de me-
 liloto: cui quidem si parem quantitatem dyachilo-
 nis cum gummi ammoniaco & galvano confecti
 addideris, potentius resoluet. Cæterum si his adhuc
 per actis inflammatio ad supurationem tendat fe-
 stinam eius ruptionem aliquo quod ad supuratio-
 nem præstet medicamento, moliri expedit. Quā
 sanè vim tale habet cataplasma: caricarum pin-
 guium, & radice altheæ sufficienter ellixarum
 anā vnc. j. farinæ ordei seminis lini & fœnugreci
 anā vnc. sem. cerebenthinæ quod sit satis misce pro
 cataplasmate; cui item (si placeat assungæ galli-
 næ aliquid adiiciens. Cuius cataplasmatidis loco
 (modo nimius vteri ardor id non renuat) illo vti
 licebit vnguento ab Atnaldo 3. suo brebriarij libro

laudato; curius compositio hæc est. Radicis altheæ,
 branchæ vrsinæ, maluæ, volubilis, saponariæ, ab-
 sinthij, anā m. j. seminis lini scœnugræci anā vnc. j.
 terantur omnia cum vino albō & assungia porci-
 na liquē facta, melle & modico butiro, ac rosarum
 & violarum oleo, additaque farine ordei ea quan-
 titate vt omnia simul mixta liquida euadant, in va-
 se nouo fictili bulliant, quousque parum indure-
 cant, & in vnguenti formam reducantur. Per ea
 etiam localia exterius adhibenda præsidia, quæ, ca-
 pite de genitalium ignauia, ad suppurandam inflā-
 mationem in intercapidine ortam, inferius addu-
 cemus, supurare etiam decet matricis inflammati-
 onem. Per iniectiones quoque pessos & encatisma-
 ta eidem supurationi opitulari sæpissimè conuenit.
 In quem vsum iniectiones appositissimè fient ex
 mucylagine psilij & scœnugreci pari portione olei
 amigdalorum dulcium admista. Aut ex eodē oleo
 in quo ea ipsa mucylago lento igni absumpta fue-
 rit. Eidem operi pessuli præstabunt (vbi affectus lo-
 cus non longe apudendo sit) ex mirrha, tereben-
 thina, œsipo, anseris pinguedine & butiro compo-
 sicijant ex medulla cernina, ad ipse anserino, œsipo
 & butiro, oleo liliaceo chamemelino & cera. In se-
 siones fient ex decocto matricatiæ artemisiæ mal-
 uæ, altheæ pulegij seminis lini & scœnugreci. Debitè
 autè suppuratū, si in vteri cervice ac maximè pro-
 pe pudendū abscessum existere cōstet, ipsum lecca-
 re oportebit. Id quod opus perficiendū, quemadmodū
 Actius tetrabili 4. serm. 4. c. 86. agere iubet. Rupto
 vero abscessu, vlcereis curatio eo quæ in vlcerū cura-
 tione

Hoc libello
 2. p. c. 8. post
 medum.

tionē adduximus modo &c. de genitalium ignauia inuenies, aggredienda est. Verū si non quidē supurari, sed induritiē terminari cum inueniamus; emollientibus pugnandū est medicamentis. Quorum materiam sequenti capite traddemus.

CAPUT XIII.

Decuratione sterilitatis, quam scirrhus in utero progignit.

Scirrhum tumorē curare aggrediens eius naturā ante cetera contēplare tenetur. Quippe si, humorē, unde vitium est natū, euacuare, prima existit curationis intentio: scire utiq; expedit, ubi scirrhus indurata inflātionē nō sequitur, an videlicet tale vitium ā solo melācholico succo (ā quo legitimus infurgit scirrhus) an ā Crasso ac viscido pituitoso humore, solo, vel dicto melācholico admixto, an ā bile atra ortū ducat. Quæ quidē nō vlceratū tūc efficit cācrū quādo ā melācholia fit: quæ validā adustionē minime sit perpeffa. Ea enim si valde aduratur, protinus ac extra vassa truditur, partes exedit, & vlceratū nō secus cōstituit cācrū, quā atrabiliaris humor per bilis adustionē genitus. Quod equidē ā Galenicis scriptis minime desidere, hæc eiusdē, lib. de tumoribus, præter nat. c. 12. testantur verba. Cū verò bilis atra decubuerit in carnem cum mordax est circumiectam cutim per rodit: vlenſque efficit cum verò modestior est, efficit cācrū qui sine exolceratione est. Verum cancer, siue ab hac, siue ab illa ortus sit causa siue vlceratus sit, siue secus, in matris-

dignatio, f.
lio 27.

e ubi abscindi nequit prorsus incurabilis est, ac de
 illorum genere de quibus Hippocritas lib. 6. aph.
 tex. 38. dicit. Canceros occultos melius est non cura-
 re. Curati enim citò pereunt, &c. Vnde siquidem
 institutum nostrum foeminas foecundas reddere
 existit consilium affectuum curatione (pallia-
 tiuà dictam, tantum suscipientium) traddere, infœ-
 cunditate immedicabile existente, nullatenus ne-
 cessum est. Quo fit ut ijs omisis reliquis pro gredi
 liceat. Humorem itaq; unde vitium est natum (de
 bita victus ratione premissa) primum euacuare co-
 nabimur. Deinde quoad fieri possit prohibere ne
 idem focus de cætero colligatur in venis. Quod si
 id efficere nequamus, saltem eum ipsum per epicra-
 sym euacuare, simulque uterū, ne amplius recipiat,
 firmare studebimus: minime tamen tumore ipso
 neglecto. Cuius materia tum emolliiri, tum per in-
 sensilem halitum digeri exposcit. Sed quum in ex-
 quisito scirrho proposita uti vellimus præcautione
 hanc profecto eisdē prorsus modo ac medicamen-
 tis moliemur quibus incuratione vlcera à bile
 atra prodeuntium in superioribus vsumus. Quip-
 pe in utroque casu, ne melancholicus succus ad ute-
 rum fluat, & eius exuperantiam vacuare, & nouam
 generationem impedire necessum est. Vnde si
 opus hoc tunc pro viribus expleuimus: nunc de eis
 ipsis denuò agere inutile proculdubio foret. Eidem
 tamen chalybis vsum adijcere mire conducet. Eius-
 modi ergo per victus rationem & medicamenta
 (quæ dicto loco adducundur) corporis providen-
 tia præmissa, curationem omnem ad scirrhosum
 affectum

fol. 67. &
 & seqq.

affectum conuertemus. Cui equidem communis
 cum alijs omnibus tumoribus hæc indicatio est, vt
 euacuetur quod particula effecta præternaturâ con-
 tinet. Istud tamen proprio eidem affectui euacua-
 tionis modo agendum. Quiquidem per malactica, *Topica in*
 idest mollientia medicamenta perficitur. Quippe *hoc affectu*
 (dicente Galeno lib. 14. metho. cap. 4. per hæc ver- *qualia.*
 ba) si quis ijs quæ vehementer trahunt; digerun-
 que medicamentis vacuare tentet, nec ijs quæ humectet
 & scalfaciant, molliat, ac liquet: huic paucis primis
 diebus egregiè processisse curatio videbitur, ceterū
 quod de affectu restabit, id insanabile erit. Siquidē
 toto, quod in eo tenuiū partiū erat, digesto, quod
 reliquum est, veluti lapidosa concretio, linquetur.
 Et paucis interpositis hæc subiungit. Hæc igitur
 de causa ad scirrhosos affectus nullum vehemēter
 excalfaciens, siccans ve medicamentum est aptum,
 sed ea tantū quæ cū molliendo digerere possunt
 cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum vitulina,
 &c. Ad hæc & partis natura quæ in vtero membra-
 nea est ac densa aliquid incidentium cum emollien-
 tibus admisceri postulat, vt eiusdem insensiles mea-
 tus, qui exigui sunt, humorum resolutioni cedant.
 Non tamen sæpè, nec inter initia, nec longo tem-
 pore (Galeno teste libro citato cap. 5.) incidētibus
 est vtendum. Verendum enim est ne tenuiores par-
 tes violenter absument, & quod reliquum est lapi-
 descere sinant. Sed modicus, & debito tempore, ac
 postquàm mollitus per malactica, scirrhosus tu-
 mor fuerit, eorum erit vsus. Quibus profecto (Ga-
 leno ibidem dicēte) sufficit, vno aut altero die vsos



vfos rursus ad emollientia reuerti. Ac rursus his plu-
 ribus diebus vfos denuò ad incidentia redire. Pa-
 rar autem medicamen ad incidendum satis idoneū,
 ex ammoniaco cum aceto ad luti crassitudinem
 redactō. Cuius sanè medicamenti vfos in scirrhuso
 vteri tumore (tam etsi acetum nerueis sit particu-
 lis noxiū) prorsus formidandus minime est, Ete-
 nim acetum licet à suæ substantiæ tenuitate frigi-
 dam qualitatem penitissimis neruorum partibus
 habeat communicare; eisdem tamen sola sua office-
 re frigiditate est certum. Quod sanè vitium vbi præ-
 fertim modica quantitate cum vberiori amonia-
 ci permiscetur; à gummi hoc (quod in tertio adhuc
 calidorum ordine aliqui reponunt) faciliè corrigi-
 tur. Eoque modo (non secus ac Galenus de aceti vsu
 in neruorum vulneribus lib. 3. de comp. med. per
 gene cap. 2. dicit) aceti subtilis virtus cum refrige-
 rantis facultatis exolutione in columis permanet.
 Debitam autem quantitatem acetum minimè ex-
 cedit, si eidem ad ammoniaci (pro subueniendō vte-
 ri scirrhuso tumore) prædictam dissolutionem, pa-
 rem olei lilij, aut amigdalorum dulcium portionem
 misceamus. Hoc itaque applicandum medicamen-
 tum vbi præmollius (vt dictum est) per malactica
 scirrhusus fuerit tumor. Eoque ipso vno aut altero
 die vsi ad emollientia iterum reuertemus. Atque
 hæc pluribus diebus adhibenda. Vtile admodum
 ad emolliendum cataplasma (quod Galenus ipse
 prædicto, capit. 5. libro 14. method. se vsū fuisse
 fatetur) ex decocta altheæ radice & anserina, aut
 gallinæ astringia per mislis, parari valet. Hoc
 ergo

ergo perfusionis superponi conducet (si veteri quo-
que robori consulere placeat) factæ quidem ex pau-
co nardino oleo cum liliacco admisto. Cuius cer-
tè perfusionis loco aptissimus erit fons qui in hunc
modum paratur. Foliorum & radicum altheæ anā
m.j. summitatum absinthij pontici parum, in oleo
communi sufficienti mora bulliant ac deinde fiat
expræssio. Emollire præterea eosdem tumores suf-
ficienter habet, cerotum hyssopi descriptione phila-
gri. Id præterea opus mirifice subsequens efficit
unguentum. Ammoniacy, opoponacy, & sthira-
cis calamitæ anā vnc. sem. dissolvantur in tribus par-
tibus olei liliorum, duabus amigdalini, & una nar-
dini; deinde addemucylaginis fœnugreci & ficuum
extractæ in vino albo vnc. iiij. aslungiæ gallinæ,
anatis, & anseris, & butiri recentis anā vnc. sem. pul-
veris seminis malvæ vnc. j. & sem. propoleos vnc.
cias iij. misce ac unguentum confice. Quod si emo-
llientibus, & ijs, quæ incidunt, simul ac digerunt
medicamentis, non quidem vicissim, sed eisdem pa-
riter mistis vii vellimus; haud quaqua aberrare no-
bis accidet. In quem equidem usum cataplasma ex
taricis æsypo nitro & absinthio confectum Aet-
ius & Paulus apponere consulunt. Aliud item ex
baccis lauri dictum Aetius commendat. Cuius des-
criptionem tetrab. 3. serm. i. capit. 34. in hunc mo-
dum affert: Cera colophonix, spumæ nitri albi,
ammoniacy, anā vnc. x. baccarum lauri decorticata-
rum lib. j. & sem. pipetis vn. ij. & se. ammeos cächreos
seu cachrias & iridis anā vn. j. sem. Galuani vnc. ij. &
unguenti irini vnc. xij. Quod si cachris (quod
Cc 2 semen

semen quodam breuius & crassius, in rore marino;
 qui umbellam edit, repertum, existit) non ad sit pi-
 retrum conijcere iubet, & liquefacta cum siccis per-
 miscere. Eidem quoque operi summe conducere
 crederem Lucij cataplasma, quod ex Asdepiade,
 lib. 7. de com. med. per gene. capit. 6. Galenus addu-
 cit. Idque extremi mollientium ordinis esse, ac di-
 gerendi vim pariter obtinere, pro comperto ha-
 bet. Cuius sane compositionem his verbis affert,
 “ Bdellij, seu vitullini, guttæ ammoniacæ, iridis Illi-
 “ ricæ singulorum pondo denariorum sexdecim
 “ (hoc est vnc. ij.) opoponacis, chalbanij, cachrios, sti-
 “ racis, thuris, singulorum pondo denariorum octo
 “ (id est ana vnc. j.) piperis grana numero centum se-
 “ xaginta, irini focculæ quod satis sit, ceræ terebin-
 “ thinæ singulorum pondo se libram vini quod satis
 “ est. Tusile est medicamen, superiorum modo con-
 “ fititur. Tusile autem dicit, quia sit tusione parati-
 “ dum, æque ac ab eo superius enumerata malagma-
 “ ta: quæ pistillo conficere docuit oleo quidem cy-
 “ prino intincto. Hoc igitur medicamento non ran-
 “ tū emolliiri, sed etiam discuti scirrhusos valet tu-
 “ mor. At ubi hic indurata inflammationem seque-
 “ tur, ante illius usum solis malacticis sufficienter mo-
 “ lliri ex oporat. In eiusmodi enim scirrhusa affectio-
 “ ne, cum ob immodicè factam intempestiuam dige-
 “ stionem insurgat, digerentia medicamenta magno-
 “ pere formidanda; ni exacta emolliitione præceden-
 “ te. Cui summo studio consulere nobis viique expe-
 “ dit, præ adductis scilicet; aut similibus alijs, emollien-
 “ tibus medicamentis vtendo. Quibus profecto ille-
 “ gitimus

gitimus scitrus à crasso ac viscido pituitoso succo
proueniens nō æquē habet opus. Terrestrior enim
melancholicus humor existit, ac subinde huius na-
turæ tumor mollificatione maiori eget, quā pi-
tuitosus.

In cuius equidē curatione corpori primū pro-
videre, pituitosi crassi glutinosique exuperantis
succu evacuationem moliri o necessarium erit. Sed
quibus id fieri debeat methodo, ac medicamentis; in
humidæ vteri intemperantiæ curatione dictum
reliquimus. Sicque nunc ad alia præsidia, præter
localia, incumbere, nulla nos necessitas impulit.
Quorum profecto auxiliorum qualitas, ultra affe-
ctæ partis naturam, à morbo deffinienda venit.
Qui quidem etsi molles fieri ante cætera postulet;
quia tamen à tenaci proveniat causa, abstergendi
solicitudinem exigit. Cui sanè operi aliquid astrin-
gentis cum ijs quæ dergunt permisti Galenus lib.
2. de comp. medicam. per gene. cap. 16. opitulari di-
cit. Cuius sanè contrarium verius esse alicui forsam
videbitur; tū quod abstergentibus aduersissima
sit adstrictio; ut potè quæ & particule succos magis
impingi efficiat, & stipatis vijs detergentia admota
in profundum ingredi prohibeat; tū quia adhuc
Galenum ipsum ex propriamente ibidem locutum
fuisse non dum constare appareat. Quādo quidem
hæc scribit. Plerique paululum ex adstringentibus
pharmacis eis admiscuerunt, idq; duplicis vsus gra-
tia (sicuti diximus) nempe ut id quod affectis parti-
bus influit, repelleretur, & abstergentium faculta-
tem in profundum vsque deduceret. Galeni verò

fol. 54. 6.
55.

hanc esse mentem (præterquam adducta ipsius
 verba id minimè rennuant) ego ex eo vtiq̃ue cre-
 do, quòd ab eiusdẽ scriptis allata doctrina non abor-
 rreat. Ipse enim lib. 3. de simp. med. facul. cap. 17. ta-
 met si ab his quæ multum adstringunt altius ingre-
 di ad mota corpora, superficie densata, prohibean-
 tur, ea tamen ab ijs quæ paulum adstringunt, in qui-
 bus plurimum substantiæ tenuis inesse accidit, ad
 profundam ingressionem iuari (adstrictione scili-
 cet magis impellente) fatetur. Nec exigua adstri-
 ctio sordes penitus partibus ingerere habebit; cum
 citra huiusmodi nocumentum, particulis, quarum
 robori consulere expedit, topica præsidia adstri-
 ctionem obtinentia secundum Galeni dogmata per-
 petuo adhibeantur. Iuari quoq̃ue extergentium
 opus ab alicuius leuiter adstringentis permixtione,
 Galenicæ doctrinæ esse consonum, eorum natura
 perpẽsa, nobis vtiq̃ue facile patebit. Quippè abster-
 gendi virtus qualitas est, quæ sordes partibus inhæ-
 rentes suo contactu rapit, & expurgat. Idq̃ue ablu-
 tionis modo (quæ solo liquidorum perficitur flu-
 xu) haud quaquam operatur, sed asperitate quadãq̃
 ac veluti ab rarsione & erosione leui; à terreis par-
 tibus accepta. Quæ tamen satis extenuatę sũt, (vt
 in amaris quorum terminus est abstergere videre
 est.) Horum enim generatio, vbi à falsis eadem du-
 cunt ortum, partibus sit terreis amplius extenuatis.
 A quibus certè absterfionem, quę desiderabatur in
 falsis, amara protinus acquirũt. Atq̃ue hæc quidem
 qualitas loco adstrictionis, qua fruebatur falsa, ama-
 ris succrescit. Est enim adstrictio (vt ex Galeno con-
 stat,

stat, libi. 7. de symptom. med. fac. cap. de centauro
maiori) opus crassæ terrenæ quæ substantiæ: Cuius
in falsis (quando quidem hæc à remissè extenuatis
terreis partibus producuntur) haud minima in est
porrio. Sed hæc pro amaro gignendo sapore ex
tenuata adstrictionem amittit: ac eius loco ob am
pliolem omnium terrearum extenuationem succi
crescit extersio. Vbi igitur hæc terreas valdè exten
uatas sequatur partes, si quidem terrena qualitas est,
ac tanquam erodens (licet erodenti remissius) ope
ratur; adiubari profecto habebit ab eo ipso terreæ
substantiæ modo, quo mordacitatis inualefcit actio.
Quam ob rem si, Galeno teste lib. 4. de semp. med.
facul. cap. 21. essentia crassa (quæ tamen calorem
sit nacta) plus erodit; eadem sanè (dum modo tum
minor sit quam ut magnam gignat adstrictionem;
tùm plurimam extenuatam substantiam sibi comi
tem habeat) magis etiam absterget. Vnde si adstri
ctio crassam terream comitatur substantiam, ip
sa quidem paululo adstringente tergentibus im
mixto, horum actionem roborare in causa erit.
Qua equidem uti missione eo magis conducet;
quòd pars affecta vterus sit; cuius firmitudini
consulere expedit. Verum tamen extergenti
bus minime liberaliter utemur, ne scilicet exsi
cent ac præter modum digerant (siccare enim ha
bent, & vehementer excalfacientia existunt,)
sed cautè agendum. Quo fit ut cataplasmate ex
baccis lauri, superius adducto, solo uti sufficiat. Suf
ficienter enim spuma nitri terget, quam eius
suscipit compositio. Eidem etiam vlui præsta
bis

bit cefatum oesipatum philagrij; adiectis ijs, quæ post philagrium aliqui (referente Meffue) addiderunt. Ceratum item oesipatum Galeni ab eodem Meffue adductum per vtile quoque erit, modo ipfius compositioni cum vnc. j. ammonici inſcenui greci decocto, aut liliaceo oleo diffoluti, iridis, aut aristolochiæ drach. ij. adijciamus.

Sed non tantum ijs quæ extrinſecus admouentur ſcirrhoſi omnes vteri tumores curari valēt; cū à peſſis etiam & iniectionibus ſubſidium manifeſtè accipiant. Optimos ad emolliendum peſſos parare poſſumus ex hircino ſeuo & altheę radice cocta & piſtata, benè permixtis. Alios etiam ad idq; peruciles ſic conficies: medullæ vitullinæ & aſſurgix gallinæ anā vnc. ſem. bdellij. vel huius penuria ſthiracis calamithæ ſcrup. j. oleo amigdalorum dulcium parum miſce, & peſſos cum lana forma. Si vero non ſolum emollire, ſed etiam diſcutere in animo ſit, peſſus ſummè conducetaureus vocatus, molliorius ab Actio ſerm. vltim. cap. 84. his verbis deſcriptus. Cerae trientem, medullæ ceruicę, adipis anferini ſingulorū vnc. j. oſſi drach. iij. croci drach. j. mirrhæ, galuani ſingulorum, drach. j. olei ſuſini (hoc eſt liliacei) quantum ſatiſ eſt. Huic item operi peſſi præſtabunt qui ex opoponaco, ſthirace calamitha, laurino oleo & cera formantur. At vbi, vltra emolliendi ac diſcutiendi facultatem, aliqua impediſſis poſtulat abſterſio, peſſus, quem Aetius eo loco ex oſſiſpo & lycio parare præcipit, utilis admodum erit. Eandem etiam vim obtinentes, apriſ ſimique in hunc modum parantur peſſi, ceræ, adipis

pis anserini, & olei liliacei anā vnc. j. iridis & re-
 rebinthinæ anā vnc. sem. medullæ vitellinæ dra-
 chm. iij. misce. Per injectiones præterea eidem af-
 fectui mederi maxime præstabit. Quæ quidem
 mollescere habebunt, si ex amigdalino oleo, so-
 lo, aut sesamino admisto parentur. Nec inutilius
 erit si cum eisdem oleis per mistum altheæ radices
 & seminis maluæ decoctum infundatur. Lillio-
 rum verò & amigdalorum amarorum oleis simul
 infusis, emolliemus equidem pariter ac digere-
 mus. Quibus si semini scœnugreci florum chame-
 mali melilotique decoctum adijciatur; resolutio
 utique exacta promouebitur. Quod si detergere
 quoque necessum sit; per paucum ouorum oleum
 aut sambucinum liliaceo permiscendum; ne dum
 prædicto decocto, dum fiat, nonihil iridis aut
 aristolochiæ radices addemus. Quibus equidem
 omnibus quod utamur oportet autentis ijs, quæ
 pro discutientium, ac detergentium debita
 administratione diximus

observanda.



Dd CAP.

CAPVT XV.

De sterilitatis curatione ab uteri oedemate orta.

Diagnosis, fol.
lio 27.



PRÆTEREA In genere tumorum præternaturam uteri, etiam oedematosi meminisse, laxi tumoris ab Aetio nuncupati, opere pretium erit. Cui sane affectui si ex arte mederi velimus, eius antecedentis cause, (pituitæ scilicet exuperantis in corpore) tum redundantiam vacuare, tum nouam generationem impedire, ante cetera studendum. In quem usum primū obtinet locum debita victus institutio. Pro cuius oportuna administratione aer calidus & siccus elligendus, & somnus moderatus & nocturnus. Sit exercitium moderatum, atque id superiorum partium: aluus natura vel arte mollis; potus vinum album odorum, nisi ubi infirmum sit caput, quo tempore propinetur aquosum: cibis carnes auium, præsertim montarum assæ; ac tandem cibi omnes conducunt, qui calidi & sicci boni succi & cocti faciles existant. Hac igitur victus ratione præmissa pituitosi exuperantis in corpore succi vacuationem moliri, curaturo medico è vestigio conuenit. Sed qualimodo quibusque medicamentis opus id per
agi

agī debeat, in curatione humide vteri in tempera-
turę dictum manet . Nouę verò eiusdem pituitosi
succī generationis inhibendi modum nunc dicen-
dum restat. Quam quidem, quandò ab externis ip-
sa prouenit causis, rerum non naturalium debita
tantum, (quę adducta est) prohibet institutio. Quā-
dò autem à frigido alicuius partis nascitur intempe-
ramento; hoc ipso per oppositę qualitatis præssi-
dia, attenta partis natura, profligato, impediri ha-
bet. Verùm vbi hīscemodis de corporis agatur pro-
uidencia, medicamentis etiā topicis vti ex vsu ma-
ximè erit. Ea ergo aliquam secum reprimendi fa-
cultatem habeant. Licet enim pituita, à sui frigidi-
tate & crassa natura, lentè moueatur; ac subinde
haud faciliè retrocedat; dùm tamen quę laxa parti-
cula est à reprimentibus contrahitur; fluentem hu-
morem suscipere sinit. Pręstant itaq; eo tempo-
re quę repellentia ac modicè digerentia existunt.
Cuius naturę subsequens linimentum est, quod re-
cipit, olei nardini rosarum & myrthinianā vnc. j.
pulueris rosarum & myrthillorum anā drach. j.
& sem. misce, & pauca addita cera linimentum
fiat. Vnguentum etiā lintheo excipiendum,
maiori addita cerę quantitate, ex eisdem rebus
utiliter conficitur. Eidem pariter vsui caulium &
populi folia trita, & expontici absinthij, oleo de-
cocta, exterius immo ventri appositissimè ad-
mouentur. Sed per vtile erit si auxilijs his fo-
tus præcedat ex myrthi, menthæ, saluicę, &
absinthij decocto, quod ex vino fiat rubro. In-
iectiones consimiliter, quę ex eodem de-

cocto, aut ex vino rubro, in quo lentes & braccia bullierint, parentur, calideque iniiciantur, eodem fluxionis tempore proflant. Quo similiter tempore pessos subdere, qui ex masthice, thure, vernice, lupinorum farina & per pauco nardino oleo formentur, mirè præstabunt. Sed quando (quia corpus per antecedentis causæ vacationem purum redditum sit) nihil denique ad partem affectam infuit tunc sanè ei, quam affectus postulat resolutio, ni locus conceditur. Sic quæ cum lixiuio, excinere vitis, ficus, & illicis facta, totus adhibendus erit. Aut ex pulegij, sabinae, ebullorum, & thymi decocto, quod in vino fiat rubro: & cui sal ac sulphur admista quoque sint. Præstabit similiter iniectio, quæ ex eisdem liquoribus, & pari oleorum myrthi, & ipicæ quantitate paretur. A fortu autem haud parum conducet hoc emplastro vii, quod recipit, stercoreis colambini aceto macerati, lib. j. sulphuris vini vnc. j. nitri vnc. sem. pulueris radicis enule baccarum lauri, florum anethi, & chamemali anà drach. vj. seminis nasturtij drach. ij. omnia hæc in vino ad spissitudinem coquantur: deinde adde mellis vnc. ij. succi iridis vnc. j. terebinthine vnc. j. & sem. succi ebullorum vnc. ij. farinae fabarum vnc. j. & sem. misce & fiat emplastrum tumidæ parti exterius apponendum. Aliud æ mirificum quidem in hunc modum compones. Aluminis drach. ij. mirrhæ, aloës, succi rhois, cyperi, croci, anà vnc. sem. misce, additisque therebenthina & melle emplastrum confice. Sed istorum loco sublequens ad mouere vnguentum utilissimum iudico. Succis radicis ebulli & eius

foliorum anã vnc. ij. olei chamemali vnc. iij. olei
anethi & nardini anã vnc. j. & sem. milce & post-
quam ad succorum consumptionem bulliant, ex
sufficienti cera vnguentum para. Ex quo equidem
si pessos etiam cum lana conficias, mirum in mo-
dum proficies. Maiorem tamen digerendi vim pes-
si sortiuntur, quos serm. vlt. cap. de vteri inflamma-
tione, ex pulegij, nitri, mellis & fellis taurini pari-
bus portionibus Acrius parare docet. Denique ei
ipsi affectioni in lésiones valde præstabunt. Quæ
administrari debent, paratæ quidem ex salsa aqua
vino admixta, in quo pulegium, marrubium, arbo-
rum muscus, sabina & baccarum myrthi efferbue-
rint. Sed ab encathismate, aliquo prædictorum em-
plastro, vnguento vè, calido adhibito, vtendum.

CAPVT XVI.

*De curatione sterilitatis, quàm gignit
uteri via à comprimente tumore, aut
callosa siccitate artior redditæ.*



VNT Præterea, præcedenti-
bus libellis connumeratæ inter
affectiones, quæ matricis viam
strictam reddunt, tum callosa
siue ceruicis, siue oris vteri sic-
citas, tum pinguedo aut tumor
eas ipsas comprimens partes. Sed eius qui compri-
mit tumoris completam nunc traddere curationem

nem, necessarium minime est; tum quia speciarim de qualibet, in utero aborti, tumoris sorte curanda diffusum in præcedentibus egimus, tum quia inferius capite de genis alium ignavia curanda, dum tumorem comprimantem venas, sanguinem ad pudendi virilis alitionem deferrentes, curemus eius profligandi modum explebimus. Non nihil tamen in præsentia dicere ipsa exigat occasio. Vbi enim inter intestina & peritoneum, qui vterum comprimat, ortus sit tumor: non quidem per localia præsidia, quæ intra ipsammet iniiciuntur vterum, subdunturque: sed per ea tantum quæ extrinsecus, immo ventri admonentur, profligari debet. Hoc item idem tumor peculiare sortitur, quod nimirum cum in abscessum migret, ac suppuretur, si eruptio ad superficiem tendat adiubari exoptet. Quod profecto simulque totam medicationem Aetius serm. ultim. cap. 87. his docet verbis. Eruptio itaque ad superficiem tendens, adiubanda est, & cutis postquam satisfuerit attenuata specillo in summo apice disseccanda; qua parte effluxum commodiorem fieri speramus. At si sanguinis eruptionis timor est, pro scalpello cauterium eminentiori loco adhibebimus, & ita pus educemus: plurimum enim ad totam curationem cauterium confert. Post excretum autem & probe expressum humorem ægra collocetur, ut residuum commodè excerni possit, & sectio aqua multa eluatur, & postea bis cotidie ac semel in nocte spongijs foveatur. Interdum & in aqua calida ægra insideat, & vterus oleo cyprino calido eluatur. Reliqua vero curatio cæteris vlcibus similis fiat.

Quæ

Quæ verò a siccitate callosa vteri viam arctante postulatur (vbi perfici debeat) prius expendisse requirit nos equidē callosę siccitatis nomine, eam solum haud quaquam subintelligere, quæ callosæ affortiat substatia; sed quamvis (vltra hanc) siccam duritiem haud absimilem callo: siue a densante frigore, siue ab exsiccante ortum ducat calore. Harum tamen vna quæque peculiari suo eget medendi modo. Quæ igitur vere callosa est, callo depulso curatur. Quali autem pacto id peragi debeat, incallosi vlceris curatione dictum manet. Ea verò quam densans frigiditas producit, emollientibus, quæ pariter calida sint, profligari expetit. Cuius generis sunt, leonina, vrsina, taurina, & vulpina adeps medulla etiam taurina & vrsina, gummi ammoniacum, & sthirax, semen fœnugreci, lini, ac melanthij, & lilij albiflos, radix quæ. Ex quibus equidem & consimilibus alijs varia topica præsidia parari valent. Infectiones videlicet, fomenta, vnguenta, emplastra iniectiones & pelsi. In sessus ergo fient ex radicibus lilij, seminibus lini, fœnugreci & melanthij decocto. Fetus verò ex lini liliceo, & amygdalorum amarorum oleis. Quæ quidem vtiliter intra vterum per metranchitam (vterinum clisterem dictum) injiciuntur. Vnguenta præterea & emplastra, ex predictis rebus confecta, ex usu quoque sunt. Sicque optimum vnguentum in hunc modum conficies: mucylaginis feminis lini & fœnugreci vncias ij. olei lilij & lini anà vnc. j. adipis taurini vncias sem. medullæ hircinæ, & taurinæ anà drachm. ij. misce & sufficienti

Dignotio, folio 27.

Huius dignotio folio 26.

Gentiana
74011
Gith. m. m. h.
74011
 ficienti adiecta cera vnguentum fiat. Mirè etiam
 præstabit vnguentum, quod recipit mucylaginis se-
 minis fœnugreci vnc. ij. gummi ammoniaci ex ea-
 dem mucylagine dissoluti vnc. j. & sem. radice lili
 sufficienter tussè, vnc. j. sēpi hircini vnc. sem. ceræ
 quod sit satis misce pro vnguento. Emplastrum ve-
 rò, ac valde proficuum sic efficies. Olei liliacei &
 amigdalorum amatorum anā vnc. ij. mucylaginis
 feminis fœnugreci & lini, in vino albo extractæ
 vnc. vj. misce; bulliant quæ ad mucylaginis consum-
 ptionem; deinde adde stiracis calamit hē & ammo-
 niaci anā vnc. j. His iterum coctis, dum nihil humi-
 di super sit, cerę, & colophonie equales partes ad-
 misce ut emplastrum fiat. Ad idem in super pessos
 in hunc modum formare conducet. Olei laurini,
 vnc. ij. adipis taurine, hircine, & medullę hirci anā
 vnc. sem. gummi ammoniaci ex vino soluti drach.
 ij. sem. cerę vnc. j. misce & fiant pessi. Quos item,
 nec minoris momenti, sic parabis. Adipis tauri, &
 hirci, ac medullę vituli, anā drach. iij. stiracis calami
 the drach. ij. farine seminis lini & fœnugreci anā
 drach. ij. sem. olei liliacei vn. ij. cerę debitam quan-
 titatem, ad iustam crassitudinem inducendam, mis-
 ce & pessos cum lana confice.

Sed uteri sicca durities, quam ex siccans produ-
 xit calor. Localibus auxilijs quæ temperata sint hu-
 mectari emolliiri quę postulat. Ea tamen ab illis di-
 versa non sunt quę pro sicca matricis intemperatu-
 ra profliganda in superioribus sunt allata:

ideo quę illinc petenda.

(.?..)

CAPVT XVII.

*De curatione sterilitatis à pinguedine
uteri viam comprimente proficientis.*



Inguedinem sui compræssione
matricis viam astringere, coq; *Dignotio, fo*
modo in fecunditati causam pre- *lio. 27.*
stare, licet in quam plurimis val-
de obsessis non eueniat, in aliqui-
bus tamen, adhuc corporis habi-
tum minus crassum habentibus;
quia omentum magis adiposum obtineant, inter-
dum inueniri contingit. Quam equidem is perfe-
cte curabit, qui obessam foeminam macram effi-
ciat. At opus hoc vt exequatur, illius temperiæ (do-
cente Galeno lib. 14. metho. cap. 15.) calidiorem sic
cuioremq; reddere tenetur. Id autem tenuante vic-
tus ratione, pariterque medicamentorum calido-
rum, ac valde incidendum vsu, facile acquiritur. Ra-
tio ergo victus quæ artenuet, & corpus macrum red-
dat instituetur, si (Galeni lib. 6. de sanit. tuen. cap. 8.
amplexa doctrina) alimentum pauci nutrimenti
exhibeatur, ac eius in corpus digestio imminuatur
augeatur verò corporis exhalatio. Alimenti in cor-
pus distributionem, ipse ibidem minui dicit, assidua
ventris deiectione: nempe assuescentibus nobis
nutrimenti instrumenta, quæcumq; continent, ea
statim deorsum impellere. Corporis verò trāspara-

tio augmentum suscipiet, tum à celeri exercitatione
 ne (cuius generis cursus est) tum à cutis inunctio-
 nibus, quæ euaporandi vim habeant: cui item vsui
 corpus plurimum fricare conducet. At vbi exhi-
 bendi sint cibi, qui tamen ad saturitatem summan-
 tur, exiguum nutrimenti in totum corpus submit-
 tant, subsequentes equidem elligemus. Panes qui-
 dem fursaceos, aut hordeaceos, ex oleribus brasi-
 cam, & betam; ex leguminibus cicera, & virides fa-
 bas; ex fructibus oliuas, pruna, & cappares: ex radi-
 cibus allios, cepas, radicularumque; ac ex piscibus, qui
 testa conteguntur: quale ostreorum genus existit.
 Nec carnes (quia omnibus ijs dictis magis nutriat)
 prorsus sunt omittendæ, consuetudini enim indul-
 gere licet, sed in pauca quantitate sunt concedendæ
 ac ex volucrum genere, demptis testibus, & alis.
 Præterea ex quadrupedibus partes aliquæ parum
 nutriendæ sunt, & eæ, vulua, venter, intestina aures,
 pingundo, & adeps existunt. Potus verò, qui ad ma-
 ciem comparandam propinari debet, aqua erit
 in qua radix Chinæ, aut rubus viticosus, aut lignum
 guayacum bullierit. Vino tamen assuetis album &
 aquosum exhibere oportet. Verum ne falsitatis sus-
 pitionem, quæ dicta sunt ex eo subire, contingat,
 quod interea, quæ attenuantem victus rationem
 ad maciem comparandam complent, alimenti in
 corpus imminutio connumerata sit: & cum hoc,
 ad eandem item maciem acquirendam conduce-
 re quoque dicamus, tum celerem exercitationem,
 & plurimam frictionem; tum potum vini albi
 aquosi, aut aquæ in qua ferbuerit, china vel rubus
 viticosus.

viticossus, lignum ve guayacum : quæ omnia ali-
menti in corpus digestionem valde promouent:
Ideo ergo aduertisse expedit, dum alimenti in cor-
pus distributionem, ad macrefaciendum corpus,
minuendam esse diximus, hoc modo debere in-
telligi, nempe quod aliquo conuenit vii auxilio
ad distributionis alimenti, imminutionem con-
ducente, cuius fortis ex Galeno adduximus assi-
duam esse ventris deiectionem : quæ alimenti in
corpus digestionem minuit, magna eius parte,
ante venarum attractationem, euacuata. Non
tamen ea re vsus interdicitur eorum, quæ consi-
mitem distributionem admodum promouent.
Quando quidem hæc non, vt alimentum distri-
buant, administrantur, sed vt nimis exhalare cor-
pus efficiant. Sicque non vno eorum solo, nec
parce vtendum : sed tali ipsorum numero & cu-
iusque mensura, vt licet per eadem alimenti in to-
tum corpus magna fiat de ductio, eius tamen
adeo valida fit resolutio, & corporis exhalatio,
quod macrum corpus euadat. In qua re nullus
vtique ambiget, si præ oculis habeat frictionum
exemplum : quarum mediocres ad alimenti dis-
tributionem, partiumque reu nutritionem condu-
cunt; duræ verò, quia non tantum attrahunt, sed
etiam potenter resoluunt, siccare habent, & ma-
credinem inducere. Itaque dupliciter ad ma-
ciem comparandam corpus necessario orbat
alimento : & quia hoc, ob assiduam ventris deie-
ctionem, extra corpus pulsum, destitui desi-
nat : & quia quod velocius in corpus digeritur

à calore eorum quæ digestionem nimis prohibent
 resoluatur sicut de dura frictione dictum manet. Sed
 (vt ad rem redeamus) haud quaquam sufficit, auxi-
 lia, ad emaciandum obessum corpus idonea, qualia
 esse debeant dixisse: cum (docente, Galeno lib. 1.
 de arte curat. ad Glau. cap. 1.) vltra ipsius qualitatem,
 quantitate, etiam, occasione, & vtendi modo debi-
 tis cuiusuis auxiliij administratio constet. Igitur in
 curanda obesitate remedij quantitas ab ipsius affe-
 ctionis magnitudine, & à propria corporis natura
 (quæ magis vel minus resolubiles sit) desinienda ve-
 nit: ita vt pro obesitatis magnitudine, & corporis,
 ad sustinendum maiorem vel minorem mulem &
 numerum offerendorum, robore, hisce equidem vti-
 mur. Quorum sane administrationis, si non modo
 presentibus ijs, quæ ea ipsa efflagitant auxilia, sed
 absentibus; quæ impediunt, se ostendit occasio: mi-
 nime quidem, vbi crudos succos in ventre ac primus
 venis adesse constiterit, ante horum euacuationem,
 valide per transpirationem corpus in halitum di-
 geri, fas erit. Cum aliàs (si Galeno credimus lib. 4.
 de sanit. tuen. cap. 5. manifestum sit (siue balneo id
 agere vellemus, siue medicamentorum calidorum
 vtu, siue exercitio, siue quouis alio motu) succos il-
 los in totum corpus agi. Quos ideo ante cætera
 blandis medicamentis; quorum vis vltra primas ve-
 nas non ascendat, purgare oportebit. Ac deinde
 (predicto modo victus ratione instituta) ne denovo
 generetur laborare. Denique in auxilijs, quibus obes-
 sum corpus macrum fiat, administrandis, qui postu-
 latur vtendi modus, hic existit. Mane ieiunam sce-
 minam

miniam ad acutum exercitium cursum vè sic præparabimus; Primum asperis lintheis, quoad cutis iubeat, corpus fricando; continuòque oleo deinde inungendo quod in se digerētis aliquod habeat medicamentum; qualia sunt coloquintidæ, gentianæ, althææ & rotundæ aristolochiæ radices; polium item & minus centaurium: post cursum verò eadē rursus inunctione facta ad balneum foemina perduenda, à quo iterum peruncta, cibum, ni aliquo interpolito somno (cuius in eiusmodi occasione usus miram, multiplici docente experimento, ad emaciandum efficaciam obtinet) aut omninò saltem quiete, minime summet. Erit autem balneum aquæ calidæ: quæ si natura vel arte salsa, nitrosa vè sit; ita vt aliqua in ipsa digerendi vis in sit; magis vti quæ præstabit. Ad hæc cena, vel prorsus dimittenda (quod vtilius est) vel moderata admodum erit ea quæ ex aspartagis, aut siclæ solijs ellix is; aut ex caparris, pomis vel consimilibus fructibus. Eidem præterea vsui medicamenta conducunt, quæ ore sumpta, obessum corpus dissolvere valeant: Quorum equidē præstantissimum magna theriaca existit. Hanc ergo semel in die, ipsomet ellucescente drachmæ vnus, aut vnus & semis quantitate, ex vncijs tribus, aut quatuor, vini albi aquosi, aut radicis petroselini decocti solutam, mira cum vtilitate propinabimus. Quod si tūm hiemale sit tempus, tūm nimis obessæ, ac pituitosa foemina existat; his adhuc in die, summo scilicet mane, & incipiente nocte, theriacam summere præstabit. His igitur auxilijs foeminam extenuari, & ipsius temperiem calidiorē

diorem ficioremque reddi proculdubio accidet.
Sed ubi istud peractum sit opus, (quando quidem
seminis generationi, ne dum sanguinis, foetum ali-
turi debitam materiae quantitatem & qualitatem
ad esse oportet) foeminam optimis cibis & quæ su-
mopere nutriant, rursum ali necesse erit.

CAPUT XVIII.

*De reliquis in uteri via vitij, curandis,
in fecunditatem efficientibus.*

Dignotio,
vtriusque
fol. 27. &
28.



VM Et ab humiditate (sive
lubricam uteri superficiem
efficiente, sive eius substan-
tiam laxante) & à nimio ex-
pellentis virtutis motu, quem
acris materia produxerit, ut
ri viam hiare accidat: diuer-
sam equidem penes harum

causarum diuersitatem, infecunditas, ab eisdem
orta, curationem postulat. Igitur in humiditate
curanda, præhabita corporis providentia, non
secus ac in curatione humidæ uteri intemperaturæ
dictum manet, ad localia præsidia, (quæ ibidem
quoque adducuntur) deueniemus. Horum tamen
moles & numerus, siquidem à morbi præsertim
magnitudine uterque definitur, maior profecto
erit dum ab humido intemperamento laxata est
uteri via, retinensque facultas hoc modo reddita
est

est imbecillis; quàm ubi superficies ab humore solū sit lubricata. Affectio enim hæc, suppressa humiditatum, quæ in uterum mittuntur, per euanquantia ac reuellentia præsidia, fluxione; parco; in numero & mensura, exiccantium usu curari vallet: altera vero magno: eadem adhuc providentia præmissa. Sed utriusque exactum curandi modum citato loco requires.

Nec sterilitatem; quam expellentis virtutis à vitioso succo irritatæ, nimius excitat motus, nunc medicare est opus: cum hæc alia ab illa non sit quam acris putris ve succus in utero contentus; ceu extrinsecus error creat. Consimili enim in utero contento humore uterus ipse tum, generatiua potentia. per dictum instrumentalem morbum in via affecta, à concipiendi deficit actione: tum ab hac propter externum quoque errorem aberrat. Quo fit ut, si (quando reliqui externi errores inferius sunt profligandi,) de eo quoque, cui morbus copulatur in via, agere expedit, de eodem certe nunc egisse superuacaneum existat.

Nec dum affectus ille, quo laborat uteri via quando hæc, duritiei ratione, debitam ad conceptionem non permittit clausiōem, nunc si bi curationem, quod adhibeamus, exoptat; cum omnis duritiei, quam os uteri patitur, in superioribus sit medicatio peracta. Eiusdem enim partis callum, callosam siccitatem, & à frigore productam duritiem, in ulcerum, ac infecunditatum, ab affecta uteri via prouenientium, curatione, sufficien

*dignatio, p. 4
lio 28.*

inter superius fuimus medicati. Adhuc tamen hac in parte dubitationi huic desideratur responsio. Quo scilicet posito stare valet, quod prædicta durities morbum in astricta gignat via, ac simul cum hoc, è contra, patentis in utero viæ vitium consistere queat: cum ab eiusdem naturæ causa contrarios prodaci morbos creditu difficile appareat.

Sed difficile hoc sufficienter utique solutum reddet, qui duritiem uteri oris, non modo in eius, quo circumdatur ambitu posse consistere dicat, sed in ipsius quoque ambitus aliqua tantum parte; reliquis in sua naturali existentibus dispositione. Quippè ubi totum uteri os duritiæ undique cingitur, notum equidem est, eius viam arctam necessarîo reddi ac subinde morbum ad esse, in astricta via dictum. Vbi verò aliqua tantum oris uteri particula dura à prædictis sit causis minimùm certè arctari euenit via. Quo fit ut ea de causa fecunditati minime obstat. Caterùm tunc, dum receptum semen uterus amplecti nititur, ipsius profecto os debite claudi, ita ut semen ipsum procidere nequeat, haud quaquam potest: fitque hinc ut via quatenus patens sterilitatis causa existat.

(.?..)



CAP.

CAPVT XIX.

*De sterilitate quam uteri prolapsus
creat profliganda.*



I (vt ex Galeno de præhen-
di habet libr. 1. de art. curat.
de arte curat, ad Glauco. cap.
vlt.) curandi affectus differē-
tia inuenta, eius efficiens cau-
sa consideranda venit, vt hæc
curationis modum nobis ostēdat, oportebit sanē
qui prolapsum uterum ad proprium locum redu-
cere, ibidemq; ne iterum decidat, firmare studeat,
eiusdem procidentiaē causam prius cognouisse.
Quæ enim ex relaxatione partium, quibus ute-
rus in sua sede seruatur, atq; vicinis alligatur,
procidentia insurgit, corporis providentiam
ante localium medicamentorum usum requi-
rit. At quæ ob ruptionem fit uinculorum eundem
in naturali situ seruantium (præterid quod, nisi
ubi recēs sit malum curari nequeat) statim à prin-
cipio topica postulat constringentia. Igitur quan-
do laxis uteri uinculis ipsum prolabi accidit; pri-
mum quidem pituitossi ex superantis in corpore
succu uacuationem moliri erit opus: Atq; hæc ijs
exercere debet medicamentis, quæ facile & sine
conatu aluum deiiciant: nè alui excrementis mag-
na cōtentione redditis, uterus amplius procidat.
Quam ob rem, ubi in uentriculo aut propē ipsum

*Huius affe-
tus causa-
rum digno-
tio, fol. 28.*

De curat. steril.

*Vteri repositio-
nis mo-
dus.*

pituitosus exasperans inueniatur humor, euacuatio, quæ per vomitum fit sepe prouocata (quia vterus sursum trahat) multo vtiq; vtilior erit. Vitiosus verò succi euacuatione peracta, topicorum vsui se offert occasio. Quorum primum locū vteri prolapsi obtinet repositio. Ante huius tamen operis executionem, considerare expedit, sit ne vterus tensus tumefactus ve, an secus; non enim, nisi hisce vitijs prius semotis, vterus est reponendus. At eisdem absentibus repositionem euellitio aggredimur. Quæ quidem (quod vterus sit inter vesicam & rectum intestinum situs, atq; à retētis harum patium excrementis adeò comprimi & coartari habeat, vt sui ad proprium locum impediatur reductio) vrine ac duris alui excrementis prius vacuatis, in hunc modum peragidebet. Ægra supina leuatis coxis, foemoribus seiunctis, & inflexis cruribus collocetur; Deinde prolapsa vteri pars rosaceo, aut irino, & cōtorum oleo foveatur, & vbi per moram infrigidiore loco sit intemperata, ex vino rubro in quo rosamarinus, saluia, lauendula & caryophili, bullierint, fatus fiet; & ab hoc balnauitiarum puluis inspergendus. Cui etiam vsui à Ralsio lib. 9. ad Regem Manff. cap. 81. subsequentes adducuntur pulueres; qui recipiunt, cerussæ, balnauitiarum gallarum, alumnis, slibij, ana partes æquales, misce & pulueres fiant subtiles. Post quorum equidem, vel similitum puluerum insperfectionem, lanceo instrumento, longitudinis digitorum octo, quod muliebri pudendo crassitudine respondeat, in vino rubro, in quo rosæ myrthilli, malico-

rium

rium & cupressi nuces prius ferueant, madefacto;
leuiter ac citra uolentiā uterus reponetur. Quod
sanē opus facilius exequemur, si indiētium in stramē-
ti summitate foetidi odoris quid piam insit. Cuius
materia oportunē admodum à quouis bitumi-
ne supeditatur. Consimilem vim obtinebunt in-
grata utero adhibita suffimenta: qualia sunt, quæ
ex ungulis, aut cornu bouino, aut caprino, parari
valent. Quin immò horum usus citra dictam ad
huc curationē (quæ manibus confertur ad opus)
uterum in proprium locum sepē restituit. Et eo
maximē, si quæ grati odoris sunt naribus accidat
admoueri; simulque umbilico, & utriq; sub costis
lateri cucurbitulæ affigantur. Sepius tamen non
modo hæc, sed obstetricis manus nobis in subsidio
venire uteri postulat repositio. Cuius perficiendi
modus alius ab adducto non erit. Sed utero ad pro-
priam sedem reducto astringens aliquod, ac sic-
cans cataplasma statim immò ventri apponendū:
ab eoquē tūm quies imperanda tūm, reclinata exi-
stente foemina, eius crura extensa & coaptata, ita
ut alterum alteri incumbat, per fasciam ad genna
usque constringenda erunt. Astringens autem ca-
taplasma perutile erit id, quod in hunc modū pa-
ratur. Cotoneorum lib. j. infunde per xij horas in
æquis partibus aceti & aquæ chalybeatæ deinde
addde rosarum & summitatum absinthij pontici
anā p. j. radicis bistortæ vnc. sem. decoquanturq;
sufficienter. Quibus coctis, & tussis admiscere o-
portet ꝑcatix vnc. ij. masthicis vnc. j. coralli vnc.
sem. Cariophilorū & spicæ nardi anā drach. j. olei

Decorat, Steril?

Rosarum omphancini, & myrthini anā vnc. ij. panis
candidi quod sit faris ad cataplasmatidis formam ac
quirendam. Mitificē item ad idem confere empla-
stro aliquo supra umbilicum vti, quod vterum ad
se trahere & firmare habeat. Quam sane vim ob-
tinere existimo, quod ex alipta moschata stirace
& laudano aliqui componunt, aliquibus additis al-
trigentibus putā galla, corallo, & balauſijs. Em-
plastrum quoq; ex gallia Melluxē descriptione cō-
fectum opimum certe ad idem existit. Nec inuti-
le præterea erit aliud, quod adstringat emplastrū
dorso adhibere. Inquem usum subsequens in hūc
modum conficies. Albuminum ouorū n. iij. succi
mororum immaturorum, vel siluestriū vnc. iij.
tragacanthi amili anā vnc. sem. farinæ volatilis
molendini vnc. ij. boli Armenici vnc. j. misce &
emplastrum confice. Caterū emplastrum dya-
phœnicon, aut emplastrum contra rupturam, eidē
parti ad motum, potentius operatur. Præstabit in-
super continuò ab vteri reductione fœminam
de super suffire: non tamen erecta ipsa existens,
sed in lectum decumbens per longam fistulam,
operculo ollæ insertam, fumum recipiet. Peruti-
lis ergo parabitur suffitus extrochiscis in hunc mo-
dum confectis. Musci arborum in clibano exsicca-
tæ & collectæ à quercu vel ilice. m. ij. absinthij
vnc. iij. rosarum rubearum vnc. j. corticum thuris,
& corticum pini anā vnc. j. sem. caryophylorum,
ladani puri, hipocistidos anā vnc. j. auripigmenti
rubri, galbani, assæ foetidæ, anā drach. ij. there ben-
thina excipe & trochiscos magnos forma. Tercio

vero ab uteri repositione die (lanceo instrumento adhuc intra pudendi sinu existēte) inlesione aliquatenus tepida foemina utetur; quæ tamen ex vino rubro austero, aut ex myrthi, lentiscai, rubi, ac malicorij decocto paretur. Deinde foemina iterum supina clauibus altioribus collocata, dicto instrumento à pudendo sublato, eiusmodi aliud, in idē medicamentum intinctum, rursus subdetur. Ac extrinsecus simul quæ primò adhibita fuere medicamenta, secundò apponētur. Atq; omnia hæc tertio quoque die iterare expediet, quoad perfectā curationem.

Verum si qui prolapsus est uterus tum à densante frigore, tum ab humidis succis laxitatem vinculorum efficientibus, vel tumidus sit tensione, duritie uē affectus (æquē ac dum inflammatur, quo tempore inflammatione prius curata sui repositionē desiderat) nulla tenus certe, ni ipsis primum semotis vitijs, reponendus est. Eadem autem habebimus semota, si quod tensum ac durum est, mollescat, & tumidum dissipetur. Primum illud sufficienter utiq; peragi habet, ut plurimum quidem solo adhibito foru ex decocto seminis leni scenugreci & radicis althææ in vino albo facto. Nonnumquam vero, nempe in maiori duritie, hoc apposito vnguento: quod recipit. Olei lilij albi amigdalorum & chamemali ana vnc. j. mucilaginis seminis scenugreci vnc. ij. misce & sufficienti cera fiat vnguentum, à foru parti prolapsæ lintheo exceptum calidum ad mouendum.

At quando prolapsa uteri pars, quod sit humo-

De curat steril.

re referta, tunc facta existit; dissipationem; eius quem continet, succi ritè mollemur, si sapius ipsa calido foueatur de cocto, quod ex cymino, aniso, chamemalo, anetho, meliloto, & baccis lauri in vino fiat rubro. Eandem Aetius betarum de cocto rigare, iubet, ac deinde acrum affundere & tenuissimum salem inspergere. Sed eiusmodi tumefactæ matricis, quæ procidentiam patitur, correcto vitio, protinus uterus ipse (ex adductis pulueribus, quibus astringendi facultas inest, aliquibus prius de super sparsis) tum in propriam sedem reponendus, tum ibidem firmandus erit: quæ quidem opera alio, ab eo iam dicto, perfici modo, minime exoptat. Nec aliter certe quæ uteri fit procidentia à vinculorum ruptione eundem in suo situ seruatum, curanda venit. nisi quòd in hac ad uterem reponendum admodum festinare oporteat: cum aliàs ubi in principio huic malo auxiliares manus non adhibentur, ipsum quidem incurabile maneat. Non enim diuulsæ partes citra unionem coalesci valent; nec uniri, nisi quum molles existunt. Fiet autem earundem unio à partis ipsius naturæ, cui tamen opis haud minimū præstent localia cōstringentia ac deficcantia auxilia. Nepe quæ traddita hoc capite sunt suffimenta, encathismata, somenta, cataplasmata & emplastra. Sterilitates igitur omnes quæ ob infirmitates uteri morbos foeminis succrescunt curatæ manent. sicq; illæ nunc ut profligantur se offerunt, quæ ob errorē externū in eisdem accidit inueniri. Ac primū proposito seruato ordine, sequenti capiti de illa agendum quæ seminis culpa insurgit.

Caput

CAP. V. T. XX.

De curatione sterilitatis à seminis peccato producta.



CVM virile semē à mulie-
bri nutriri, ad generationem
exoptet: nedū cōceptus ip-
se ex utroq; tamquā ex cau-
sa complexa oriri habeat; sit
profecto, ut fœcūdissimo per-
mixta viro, fœmina, cui vte-
rus insit in columinis, proprii seminis culpa (ubi
scilicet vel ipsa penitus semine careat, vel hoc quā-
titate, aut qualitate peccet) sterilis adhuc inuenia-
tur, Ex quibus sanē vitijs, que curari valent (eorū
enim aliqua medicabilia minime sunt) diuersam,
pro causarū varietate, curationē postulant. Ideoq;
de vna quāq; earum singulatim agēdū. Verū se-
minis defectū qui vel à testium priuatione, vel ab
obcecato prouenit meatu per quē ad uterū semē
deffertur pro, deplorato relinquimus atq;. Hac ip-
sa pariter de causa seminis defectio, quæ ab intē-
sē frigido aut sicco, testiuū insurgit intēperamēto;
si hoc sit à natiuitate cōtractū nunc quoq; silenda
est. Naturales enim ab optima temperie recessus
(cū habituales sint) difficile ad modū habēt cor-
rigi; ac subinde dū ipsi in fœmineis testibus ingē-
tes sunt, minimē quidē securē curationē suscipiūt.

*Harum cau-
rum digni-
tio. fol. 28;
& seqq.*

De curat. steril.

Quippe topica auxilia magno número & molle
(pro excessus néperatione, & habitualis affectus
narura) ē testiu regione fœminis ad mota, vterum
proculdubio ac renes, propter situs cum eis socie-
tatē, haud mediocriter intēperabunt; grauiorq;
ab eiusmodi curatione generabitur passio. Quod
ē quidē summopere fugere expedit. Impedimen-
tū tamē istud curationis, vbi post ortū eadē acqui-
rūtur vitia, nō semper se nobis offert. Etenim nisi
multū inueteratæ dictæ testiu sint intēperatiē, aut
quæ sicca est profus sit consumata; nulli dubium
quin citra dictum nocumentum curari valeant.

Ergo in profligāda intēse frigida muliebriu te-
sticulorū intēperie quæ post ortū succrenit, eā me-
thodū emulari expedit, qua incuratione vteri cōsi-
milli intēperamēto affecti, in superioribus vti su-
mus. Sicq; præmissa victus institutione, ibidē ad-
ducta, corpus à supernacuis omnibus primū libera-
re, deinde, tūm per localia præsidia, tūm per deuo-
rata, ad id oportuna, affectā particulā calfacere ni-
temur. Illud equidē aut sanguine misso, si plenitu-
do adsit, aut si cacochymus ex superet succus, ex-
purgāti exhibitō medicamēto, peragi habet. Alte-
rū verò, vltra eorū vsum, quæ per es summūtur, ca-
lidis, tū fomētis, tūm vnguentis & emplastris erit
perficiendū. Ita tamē vt quæ topica calida adhibea-
tur remedia, minime quidem eo gradu caliditatis
gaudeāt, quæ ipsa postulat intēperies. Aliās enim
quod intēse frigidos calfaceret testes, haud leuiter
vicina membra intemperaret. Quo fit vt sum-
mē nobis expediat illud sequi exemplum, à Ga-
leno

Ieno libr. 7. metho cap. 8. adductum, vbi hominem æstuantem ventriculo affectum (cui primum refrigerantibus supra ventriculum ipsum appositis medicamentis, difficilis respiratio succreuit) longo spatio, moderate refrigerantibus vtens, penitus curasse refert. Sic itaque & nos (ne partes vicinas intemperari accidat) intense frigidos testes longo spatio moderate calfacere studemus. In cuius rei gratiam ilibus propè lumbos fotum adhibere præstabit, qui ex oleis fiat chamemali, anethi & spicæ per mistis; aut ex eodem chamemelino oleo, in quo artemisia, viride origanum, squinanthum, & allatæ aliquæ formicæ prius serueant. Cuius in super olei si vnc. ij. summas; ei que pulueris spicæ, radicis cyperi & florum anethi anà scrup. ij. ad misceas, vile profecto vnguentum sufficienti addita cera conficies. Quod equidem, a prædicto fotu, eisdem partibus calidum apponendum. Ad idem etiâ, ex assa foetida in oleo sambucino soluta, mire conducit inunctio. Valde etiam eidem vlui huiusmodi præstabit emplastrum, quod recipit, laudani depurati, vnc. ij. caraneæ, vnc. j. & sem. olei chamemali, vnc. j. nardini, vnc. sem. pulueris squinanthi cinamomi & florum chamemali anà drach. sem. cubebæ scrup. sem. misce. sufficienti cera emplastrum forma, eisdem particulis admovendum. Frigidis præterea testibus per aliqua, ore sumpta, medicamenta, calorem ad semen generandum præstare per utile equidem est. Id autem opus perficere habet confectio dyasatirion, secunda, Mesuei descriptione parata; cuius sesqui drachma in vino albo odo

ro appositissime conceditur. Confert etiam Mitri-
dati drach. j. aut theriaces Andromachi drach. sem.
ex vino quoq; albo illulcecente die propinata. Nec
hisce ad idem minus proficua confectio existit, quę
recipit pistaciorum vnc. j. assę foetidę drach. j. pul-
ueris cinamomi, spicę, croci, floris squinanthi, co-
sti anđ drach. ij. radicum satirionis subcineribus co-
ctarum vnc. sem. misce & cum melle ad formam
opiataę confectio fiat. Cuius equidem cotidie ses-
qui drachma mira cum vtilitate summo mane con-
ceditur. Igitur si his subsidijs longo tempore vta-
mur, frigida testium intemperatura, a qua genera-
di seminis actio aboletur, probe corrigi valet. Quo-
fit vt, ab eis ipsis, in foecunditas illa, quam parca se-
minis quantitas, ab eadem intemperie proueniens,
excitare solet, facilius multo profligari habeat: mi-
nor enim est in hac quā in illa a bona temperatu-
ra recessus. Quandoquidem hunc longē maiorem
a bolita quā diminuta sequitur actio.

Consimili modo seminis dessectus, a sicco testiu
intemperamento ortus, & ab ea ipsa intemperatu-
ra imminuti seminis viciū, vnam & eandem cura-
tionem exposcunt, penes magis quidem & minus
tantummodo variantem. Ita vt quę semen genera-
re sicca intemperantia penitus vetat, maiori egeat
humectatione, minori verò quę diminuti seminis
est causa. Sed qualiter id agendum sit, in curatione
sicce vteri intemperaturę superius requires. Demp-
tis enim iniectionibus euaporationibus, & pesis
(quę vtero peculiariter ex usu sunt) reliqua om-
nia subsidia, quibus siccus vterus humectatur, mu-
liebrium

liebrium quoque testium siccitatem ad vnguem v-
tique curare possunt. Hoc tamen vno animad-
uerso, quod in testiculorum affectu topica reme-
dia, è regione horum tantum adhibenda sunt.

Quod si foemineum semen, vel parca peccet diagnosio, fo.
quantitate, vel, ad auctis causis, penitus deficiat 28. & 29.
ob facultatis ipsum generantis impotentiam, quæ
influentis calidi sequatur inopiam, à proprijs, aut
per consensum cordis & arteriarum, affectibus
prouenientem: eiusmodi profecto vitium, horum
affectuum curationibus per actis, omnino corri-
gi habet. Eastamen, si institutum nostrum mini-
mè transcendere cupimus, nunc silentio præteri-
re rationi decuit. Præterea illa quoq; vitia dùm à
materia, ex qua semen generatur, ad testes nulla,
vel pauca accedente ortum ducunt; consimilesque
materiæ ad seminis generationem defectio & pe-
nuria, ab ægritudine, vigilijs doloribus, nimia
euacuatione, & inædia proueniunt, auxilio his
palsionibus præstito, curari desiderant. Nimia
ergo euacuationi & inædiæ renutritoria sola, seu
refectoria vocata victus ratio præsidium affert.
In cuius administratione, tamen si ijs, quibus re-
nutriri est opus, nutrimentum plurimum exhi-
bere teneamur, sumpta tamen à viribus indica-
tione, vbi hæ debiles sunt (quæ, vel quod medio-
cre est, concoquere nequeunt) non quidem mul-
tum, sed paucum; & sæpè est offerendum. Pau-
cum sanè (docente Galeno libro primo apho-
rum comen. tex. 17.) quia virium imbecillitas to-
tam simul alimenti multitudinem minimè po-

test sustinere. Sæpè verò quoniam multis indiget dispositio. At sæpè cibare est intelligendum (si eodem Galeno adhibenda est fides, lib. 7. method. cap. 6.) ter tantum in die alimento concessio. Cum hoc tamen, si consuetudinis causa, cibum quater in die exhibere velis, quia nimirum minus sobrietate poribus nostris, quam Galeni seculo homines vivunt; tale utique nobis haud quaquam displicebit. Id tamen ita agere expedit, ut concoctus sit, qui præcessit, cibus, ante quam denuò summatur alius. Unde prima cibatione non quidem valentius, sed leve alimentum exhibendum est; ut tum celerrime concoquatur, tum eius excrementum facile discedat; vacuus, purusque, ventriculus secundum excipiat. Sed cum eiusmodi opera, quies somnus, longiusque tempus maxime perficiant; dum horum à cibi sumptione se ostendit occasio, cibos tunc valentiores offerre oportet: atque hoc ea de causa in ultima diei cibatione, puta in cena, (modo nihil obstat) opportunè utique fiet. Obstare autem potest consimili cibandi modo, tum capitis infirmitas, tum consuetudo, quæ in contrarium sit inuenta. Cui equidem in omni victus ratione, (si Hippocrati credimus) aliquid semper est condonandum; siue in ijs sit quæ aguntur, in quovis videlicet exercitationum genere; siue in ijs quæ forinsecus occurrant; cuius sortis ambiens existit, siue in assumptis, cibo scilicet, & potu. Quorum equidem non tantum ordinem, ac numerum, quibus scemina insuevit, aliqua ex parte emulari expedit, sed eorundem etiam quantitatem, & qualitatem. At quoad fieri poterit,

alimen-

alimentum offerendum boni & multi succi esse debet: quod tamē probē concoqui possit. Atque hinc fit, ut suilla caro, ac panis purus, licet summē nutriant, minime (quod difficile concoquantur) ex usu sint. Ceterū iuvenes porcelli, qui recentē non sint ablaetati, multum utique praeſtabunt. Ex volatilibus gallinae gallinaeque testes, & alae, perdices, & montani passerēs, ac iuvenes columbae, valde utiles sunt, recentia item & sorbilia oua plurimum ac facile nutriunt. Ex piscibus (si in consuetudine fuerint) saxatilibus uti licebit. Atque ijs etiam quae testa integuntur, si durae carnis existant. Verū praedictis carnibus vesci utilius erit. Nequid quidem in omni cibatione. Quippē si quod in prima est sumendum, ultra id quod multum nutriet, celerime concoqui debet, illud profecto alimentum, cui magna, ut concoquatur, facilitas in sit, necesse est tūc exhibere. Cuius sortis oua sunt sorbilia, & maximē eorum vitella. Antea tamē, ieiuno ventre, postquam tūc deiecerit, tūc paululum in ambulaberit, modicē fricanda foemina est: ea tenus scilicet dū corpus incalcat: continuoq; leni dicto vitellorum ouorum utetur pastu. Cuius concoctione peracta (quae adhuc solo quatuor horarum spacio perfici valet) euestigio secunda cibatio oportune occurrit. In qua dictae volucrum carnes, (moderate tamen) prandendae. Quibus probē coctis, ubi quater in die, consuetudinis causa, cibum offerre deceat, statim duo ouorum vitella iterū concedes. Horumque absoluta coctione, uberior ac valentior quam prandium, cena exhibenda erit. Idque atten-

tis (vt dictum est) consuetudine & capitis infirmitate firmitudine vè. Post cenam autem haud inutile erit, si illico (ante quàm videlicet cibus concoctus fuerit) potus non propinetur. Si quidem cum cibi ipsum tuuc innatent potum; eosque ventriculi corpus propter interpositum humorem non contingat, coctio certe (quæ debito eorundem amplexu, à ventriculo per contactum agente perfici deberet) facile impedita euadet. Verùm si sitibunda foemina fuerit, minime in totum potionem interdicere expedit, sed tantillum indulgendum; quòd & molestiam soletur, & suum leuet. Nutrimento vero iam concocto, abundè bibere sinenda foemina est. Hoc enim ad alimenti per corpus deductionem valdè conducit. Oportunus autem existit potus vinum album, quod aquosum alioqui est; ceterum leuiter astringit. Quia nimirum quod exquisitè est aquosum, euacuationibus omnibus nimis promotis, extenuationem potius minari, quàm renutritionem moliri proculdubio habeat.

Quod si defectio aut penuria, expetitæ ad seminis generationem, materiae, corpori ab ægritudine inanito succrescat; vbi hæc iam desit (non secus ac dum à nimia euacuatione inanitio prouenit) renutritoria sola adducta victus ratio ex vsu erit. Sin aliter eueniat, præsentè ægritudine prius curata, corpus est reficiendum. Quæ sane methodus in ea etià corporis inanitione, quam vigilie dolores vè excitare solent prorsus est emulanda. Corpore tamen adhuc renutrito (siuè ab hac siuè ab illa causa eius inanitio proueniat) aliquibus, in gratiam feminis generatæ

generationis, ore sumendis vti oportet medicamentis. Quorum materiam capite de profligando in viris feminis vitio & capite de curatione genitalium ignauia inferius inuenies.

Nec minus quam eius paruitas vel defectus foemineum semen adeo copiosum, vt prænimia sui quantitate, ab vteri calore, vt conceptus fiat, foueri nequeat, foecundandi vteri actionem impedire habet. Cui profecto malo tale afferre subsidium oportet, quale à causæ natura accadat postulari. Erant autem eius vitij causæ, tùm quæ ad generandum semen vberem materiam suppeditare sunt natæ (etas nimirum vigens, optima valetudo, & sanguinis copia) tùm calida & humida testium intemperatura, & cum ijs, nimis ardens à nimio amore desiderium. Quando ergo, quod copiosa materia semini generando præstetur, immodica id quantitate peccat; si parce foemina, & alternatim, nunc assidue, nunc rarius, venere utatur, sibi quæ, vbi sanguis redundet scindere venam permittat, foecunditatem utique comparabit.

Seminis verò prætermodum vbertas, quæ à testium calido & humido nascitur intemperamento, præmissa (vbi opus sit) corporis prouidentia, eorum temperatione curatur. Exigit ergo temperari, non quidem vtræque qualitas, sed humida tantum. Non enim quia calor ex superat, sed quod eidem humiditas accesserit, superflua seminis generatio fit. Adhuc & testium, quibus modicus in est caloris excessus, refrigeratio, ex se potius foecunditati officere quam opitulari habet. Inuenitur autem modice ex-

cedens calor is, qui humiditati copulatur. Quando
quidem in signis caliditas diu cum humiditate dura
re nequit: cum ex necessitate tunc sibi siccitatem af-
ciscat. Siccare igitur tantum in hac profliganda ste-
rilitate, nobis expediet. Istudque modicè agendum.
Cui sanè operi ea ipsa victus ratio, in curatione hu-
midæ vteri in temperaturæ adducta, maximè præ-
stat. Ad idem etiam conducit moderatus in scionū
usus, quæ ex aluminosis, aut salis aquis parentur:
nedum ex vino rubro, in quo rosæ absinthium, ba-
laustia, lentisci folia, & roris marini furculi prius
ferbeant. Sed ea, quæ siccant, fomenta vnguenta &
emplastra, è restium regione admoda, vtilitatē quo-
que afferunt. Erit ergo oportunus fons, qui ex oleis
fiat absinthij pontici, myrthillorum, & menthæ
permixtis. Vnguentum verò quod à fotu ex usu sit
in hunc modum parandum: olei spicæ masthici &
myrthillorum anā vnc. j. pulueris masthici rutæ &
corticis thuris anā drach. j. misce & sufficienti cera
fiat vnguentum. Cuius loco per vtili hoc vtemur
emplastro, quod recipit. Aloes, masthici, corticis
thuris, & radice pentaphilonis anā vnc. j. seminis
rutæ portulacæ & farinæ glandium anā drach. ij.
olei myrthillorum vnc. ij. misce & sufficienti addi-
ta cera emplastrum confice. Quod si per ea quæ ore
sumuntur testes siccare, seminis quæ ex superantiam
minuere placeat, præstabit equidem si drach. j. pul-
vis radice pentaphilonis ex centinodiæ decocto ex-
hibeatur. Ex quo item, aut ex lentium decocto pul-
vis seminis canabis pulveri seminis portulacæ admi-
stus, drachmæ similiter vnius quātitate vtiliter pro-
pinatur.

pinatur. Id ipsum efficere valent eiusmodi pulueres, qui recipiunt, seminis anethi drach. iij. seminis lactucae & portulacae ana vnc. sem. misce & fiant pulueres subtiles: quorū dosiſ sit ſesqui drachma, ex lentium decocto concessa.

Præterea in foeminis illis quæ ob nimium amorē maiore seminis quantitatem excernunt, quā ab utero pro generatione prolis foueri queat; necessum quoq; est, vt seminis imminutionem moliamur. Id tamen per ea quæ ore sumuntur agere sufficit; ne testes, qui incolpati sunt, à topicorum alteratium vsu prætermo- dum intemperari acci- dat. Iis igitur summo manē poculum hunc propinare præstabit. Decocti lentium vnc. ij. pulueris seminis agni casti drach. sem. seminis rutæ scrup. sem. misce. Eritq; hoc aliquoties tertio quoq; die iterandum. At si ab huius vsu foemina se estuosa perſentiat; refrigerantia aliqua in hunc modum dictis calfacientibus admiscemus; seminis lactucae, portulacæ, & agni casti, ana drach. ij. seminis anisi & rutæ ana drach. j. misce, ex eisq; subtiles pulueres para. Quorum dosiſ sit drach. sem.

Quod si quia qualitate peccet semen in foecundum esse constet, pro eiusdem peccantis qualitatis varietate & causæ conditione consimile vitium variam experit correctionem. Aliter enim frigida, aliter calida, aliter humida sicca ve qualitas, occultaq; nedum putredine vel Gallico affectu vitiosa; & quæ ab hac, aut illa causa ducit ortum curari postulat. Atq; id circo quū improlificum inuenitur semen, quia frigidum sit, ob influentis

Dignotio;
fol. 30.

Cōsul- to hic
omituntur
cōposita in
temperati-
e quia compo-
sitas sterili-
tates indu-

H h calidi

De curat. steril.

cant. ac in
presenti de
sola simpli-
cium cura-
tione aga-
tur.

Seminis fri-
gidi ob san-
guinis esquo
conficitur
natura, ubi
is pituitosus
fuit, cura-
tio.

Dignotio.
fol. 30. &
fol. 34.

calidi ad testes diminutum influxum, qui cordis & arteriarum proprios, aut per consensum sequatur affectus; ipsum profecto, hisce profligatis malis, subsidium accipit. Vbi vero à testium frigidityte incipit, hos quidem (nec alio ab adducto in principio huius capitis modo) calferi postulat. At ubi à sanguinis ex quo conficitur natura, semen frigiditytatem suscipit, si ille sit pituitosus & crudus more pituitosorum humorum est medicandus. Horum enim miscella sanguis frigidus crudus ac pituitosus fit. Est autem eorundem sanatio (docente Galeno lib. 5. aphoris, text. 70.) duplex: coctio scilicet & excretio. Ad coctionem (quæ summo studio in primis est aggredienda) istos crudos perducunt humores, quies, & calefactio, bonique succi & minime glutinosi medicorum essus ciborum; & tenuis, ac calfacientis vini potus. Caliditatem vtiliter præstare possunt, tùm mediocres frictiones, tùm quæ calfaciant medicamenta. His tamē vti minime conuenit, nisi prius perpendere accidat; nùm crudi concoquendi succi in venis sint, quæ à iccoris gibo in totū disseminantur corpus; nùm simul cū ijs primas occupent venas. Quippe si hoc eueniat, medicamenta, à principio offerenda, minime ultra eadem primas venas calfacere debent. Cauere enim oportet, ne qui in ipsis met venis crudi in sunt succi, in habitum corporis tradducantur. Vnde Dioscoricum vocatum medicamentum, & simplex dyatrion piperon (quæ ambo à Galeno libr. 4. de sanit. tuen. cap. 5. parata habemus) ad eundem usum optima sunt. Horum enim medicamen-
torum.

torum calor (ipfomet Galeno , fequenti capite
dicente) circa ipfas primas extinguitur venas , mini
mequē in totum perfertur corpus . Cui fanē fa-
cultati haud minimum præftat opis crassa in
eifdem conficiendis medicamentis tulfio . Nec
tantū ſemel aut bis eorum quoduis cotidie offerre
proficiet . Cum ibidem ipſe Hippocratis commē-
tator , de diatrion piperon ſermonem inducens ,
hæc ſcribat . Si quidem manē , & antecibum , & poſt
etiā cubitum euntibus recte datur cochlearij ple-
ni meſura , atq; huius quidem vt paruis corpori-
bus parui , & maximoſi maximi , ita medijs ad portio-
nem . Pendet autem (vt opinor magni cochlearij
mellis meſura (de quare Autores longē equidem
ā ſe invicem diſſentiunt) ultra drachmas quatuor
parui vero drachmam ſemiſem cum granis decem
& octo mediocriſ autem drachmam vnā & ſemiſ-
ſem . Qua ſanē doſi minori adhuc ipſe libentius
vti conſulam , ita vt quæ ſumma ſit drachmā non
dum attingat . Et hæc ipſa quantitate diſpoliti-
cum periter eſt exhibendum . Sed medicamen-
tiſ ijs poſt ſecundum diem (vt ab eiſdem coctio-
ni etiā crudorum ſuccorum , qui in reliquis in
ſunt venis , penitus non deſit ſubſidium præ-
ſtari) diacalaminthes aliquid miſcendum eſſe ;
9. eiufdem libri capit . Galenus præcipit . Mox
vero partes æquales miſcendas ; procedente de-
inde tempore , ipſius diacalaminthes plus adden-
dum : atq; ad extremū id etiā ſolum eſſe exhi-
bendum . Quod equidem ita agēdum eſſe conſulit ;

H h 2 vt

ut inter initia potiores medendi partes ijs præstetur
 tur succis, qui in primis continentur venis: in fine
 verò ijs, qui propè corporis habitum: medio inter
 hæc tempore, ut ambæ rationes æquabiliter mis-
 ceantur. Nec vitio Galeno verti utiq; decet, quòd
 sola coctione crudos primarum venarum succos cu-
 rare studeat; eorundemq; per medicamentum ex-
 purgans euacuationem interdicat. Quippe tamen si
 citius hoc quàm illo modo curatio peragenda esse
 videatur: purgationis tamen hac in re aliqua Ga-
 lenus ipse inuenit impedimenta, quæ eodem libr.

„ 4. de sanit. tuen. cap. 5. per hæc adducit verba. Deie-
 „ ctio verò intalibus tormina & erosiones creat, ani-
 „ miq; deliquia, cum eo, quod nec notatu quippiam
 „ dignum educit, quando crudi omnes succi pigri,
 „ atq; ad motum inepti propter crassitudinem frigi-
 „ ditatemq; sunt. Quo fit ut etiam omnes angustas
 „ vias obstruant, per quas id, quòd medicamentum dei-
 „ cit, ferri ad aluum debeat: itaq; nec ipsi educantur,
 „ & alij sint impedimento. Id quod sanè Hippocra-
 „ tes illo oraculo præcauit, quo breuissime præcipit.
 „ Concocta medicamento tentanda esse non cru-
 „ da. Hæc Galenus, quibus se aprædicta calumnia suf-
 „ ficienter liberat. Cum enim ipsius seculo nullum le-
 „ niter purgans, quod primas venas, à crudis ac fri-
 „ gidis succis expurgare posset, notum erat medica-
 „ mentum; sed pharmaca omnia quibus simile opus
 „ quisq; tunc exequi poterat, selligendi, nedum vehe-
 „ menter ventrem soluendi, vim obtinebant; ideo
 „ purgantium usum, adductis rationibus commotus,
 „ meritò reformidauit. At nostro hoc æuo, in quo lō-

ꝑe vberior medicamentorum materia detecta est
purgantia medicamenta, quę ventriculū & pri-
mas venas, clementi operatione, à quibuslibet su-
peruacuis liberent, reperta sunt. Quorum vis ultra
dicta non transcendit vasa. Sicq; crudos in ijs con-
tentos humores (ni quod tenaces sint, levis prius
desideretur absterfusio) nulla expectata coctione
sed alui tantum (vbi res postulet) preparatione præ-
missa, statim blanda hac purgatione haud inuili-
ter euacuare valemus. A cuius purgationis vsu, si
lubricante exerceatur medicamēto, quę cruda sunt
& ad motum pigra citra erosiones & animi deli-
quia per lubrica loca facile propelluntur. Nec aliud,
quod Galenus adiecit incommodum, ab hac for-
midandum est purgatione. Quippe angustæ ante
iecur venę, crudis crassissq; refertę succis, minime
quidem alicuius humoris, à medicamento à tracti,
transitum impediunt. Quando quidem similē hu-
morem (eum scilicet, qui in iecoris parte giba, aut
venis quę à caua oriuntur insit) blanda medicamē-
ta mouere nequeunt: quod eorum virtus vltra eas-
dem primas (vt dictum est) nō transcendat venas.
Quas haud transgredi intelligas, non quidem quod
felligēdi virtute, ab occulta proprietate orta, prorsus
eiusmodi careant medicamenta: sed quia adeo
exiguam, eam obtinent; vt tūc hęc (non secus ac
de aloe mox ex Galeno adducemus) primas non
transcendat venas; tūc medicamenta ipsa, ni à ma-
nifestis qualitatibus (à quibus leniendo, aut com-
primendo, aut lubricando purgare habent) auxi-
lium sibi ad soluedū ventrem impartiretur, ita de-

bilem purgandi vim obtinerent, ut fere nihil pur-
 garent. Licebit itaq; crudos in primis venis conten-
 tes humores per blandum, quod lubricet, medica-
 mentum euacuare. Cuius tortis simplex dia pruis
 cum cassia mixtum existit; & cassiæ adhuc fistula-
 ris pulpa. Quæ quidem non modo lenire; sed vias
 etiam lubricas reddere est nata. Igitur quæ his me-
 dicamentis exercetur purgatio blanda nuncupa-
 tur; eamq; à selligente se iungimus, quod hæc eua-
 cuet vniuersaliter selligendo: Pharmacis enim fit;
 quorum selligens virtus ultra iecur ad minores vs-
 quæ venas ascendit. (Vt ex Galeno ellici valet in
 lib. Hipp. de salub. diet. suprâ text. 15. ubi medica-
 mentum purgans humores à toto corpore educere
 scribit.) Quæ vero blanda dicitur particulariter tã-
 tum selligendo euacuare habet à prima nimirum
 regione solum. Quod fit ut hæc absolute selligēs,
 sicut illa, minime dicenda sit. Habet item hoc pro-
 prium purgatio selligens, quod ea ipsa sit, quæ in
 plenam minoratiuâ, & paulatinâ seu per epichra-
 sin dictam diffecatur. Qua propter illos decipi cen-
 seo, qui confusè, & nulla facta distinctione, de blã-
 da & minoratiua purgatione loquuntur; vnam &
 eandem rem esse putantes. Nedum ubi blanda ex
 usu venit, eius loco minori quantitate selligenti-
 bus videntes medicamentis minoratiuam moliantur.
 Primus ille error est notus cum minoratiua
 species sit selligentis, quæ à blanda genere differt.
 Secundus etiam constat. Nam si blanda purgatio;
 ijs solis qui in prima in sunt regione debetur succis
medicamēta exhibere, quæ humores in minoribus
 adhuc

adhuc vasa existentes, à trahant; alienum profecto à ratione est. Quod sanè lib. 7. metho. cap. 11. Galenus præcauens, quùm ventriculùm à viciosis succis purgare intendit, hæc scribit. Sunt porrò ad eius modi affectus idonea pharmaca genere quidem ea quæ modicè purgant, sic vt eorum vis super ventriculùm & intestinorum loca non ascendat, aut si quid ultra vasa tantum in mesenterio contingant.

Quodam tamen difficile quod ex supradictis insurgit diluendum se offert. Forsan enim aliquis difficile credet ea Galeno latuisse pharmaca, quæ (preter id quod eorum virtus ultra primas non transcendat venas) harum cruditates vacuare valeant: Cùm ab eodem Galeno lib. 7. metho. cap. 11. citato dictum sit, aloem ac medicamenta, que ex aloë componuntur, cùm ventriculùm & intestinorum loca à viciosis expurgare succis, tùm eorum vim super has partes minime ascendere: aut si quid amplius vassa tantùm in mesenterio contingere. Ipsum item Galenum agnouisse constet blanda alia expurgantia medicamenta: quibus equidem primam tantum regionem à superuacuis omnibus posse expurgari videtur. Ea autem sunt gallinaceorum, serum lactis, pruna, & mercurialis herua. Nos tamè, his nõ obstatibus, à Galenicis scriptis hac in re dissentire haud quaquàm existimamus. Quoad enim pertinet ad aloë, Galen. ipse lib. 8. de cõp. oss. c. 2. eũ quidẽ crassos humores ob purgatricis facultatis imbecillitatẽ trahere nõ posse affirmat: vnde ad crassos & crudos primarũ venarũ purgandos succos (quod trahendi vilius opus perfici debet) minime a-

hoc opportunū est medicamētū. Quod si utrūq; vē
trē ipsum à vitiosis siccis purgare Galenus profe-
rat, ita vt crassos nō excludat; hos certe ab eiusce-
modi partibus sua exterioria vacuat virtute: qua
quidē eisdē, vbi in primis adhuc vasculis existunt
purgare nequit. Licet enim purgatrix huius medi-
camētivis ad loca vsquē (authore Galeno) circa he-
par cōscēdat; id sanē opus à trahēti exequitur; vique
nō crudos crassos, sed biliosos tārū ellicit humo-
res. Et hanc ipsam, nec aliam certē maiorem, pur-
gandi facultatem obtinent, quæ aloem recipiunt
mēdicamenta; si tamen hæc purgans aliud & for-
tius in sui compositionem non suscipiant. Hac
enim cōdictione adductus Galeni locus, libri 7. me-
thodi, intelligendus venit. Si quidem Galenus ip-
se ad alios præter biliosos, simulq; à distantiori-
bus partibus purgandos humores fortibus aliqui-
bus adiectis medicamentis lib. 1. de comp. med. se-
cund. loc. cap. 2. ex aloē compositiones parat. Præ-
terea nec gallinaceorum ius, & mercurialis herua
crassos crudosquē primarum venarum succos pur-
gare valent; cū eorum virtus vltra ventrem mini-
me ascendat. Annosorum enim gallinaceorū iu-
ri maiorem quā ventrem subducēdi virtutem
nullibi Galenus tribuit. Mercurialem verō ven-
trem dum taxat purgare lib. 7. de simpli. mēdica-
ment. cac. cap. de eadem herua, ipsemet ex præsis
profert. verbis. Nec dum lactis ferū & pruna vl-
trā ventrem ipsum (quem hæc lubricandi virtute
illud verō absterforia subducunt) crudos crassosq;
succos ē primis venis purgare possunt: biliosos si
quidem

quidem & adustos tantum humores à debili sua se-
lligendi vi purgare habent. Non igitur constat ali-
quod Galenum agnouisse pharmacum; cuius por-
gandi vi, primam non transcendente regione, pri-
marum venarum crudos & crassos succos euacua-
re valeat. At eiusmodi quæ in occulto Galeno fue-
runt medicamenta, hodie quidem valde sunt nobis
nota. Quibus equidem (vt ad rem reuertamur) cru-
dis succis, qui in primis in sunt venis euacuatis, vt;
qui in reliquis continentur vasis, concoctione sus-
cipiant, eodem lib. 4. de sanit. tuen. cap. 7. Galenum
in sequentes, audacter vtique; calfaciemus: & eo maxi-
me vbi in extremo corporis habitu crudi succi exis-
tant. Quo casu consulit ipse, tum ijs vtique, quæ ad cu-
tim vsque calorem suum transmittant: tum corpus
largiter oleo fricare, quod relaxandi vim habet: ac
potissimum manè cum à somno surgunt. Nam ea
(inquit) frictio simul concoquit crudum succum,
simul corpoream molem animantis nutrit. Sed ebi-
dentiùs res ex voto succedet, si exiguum cibi pridie
sumpserit foemina, nec aliud à cena bibat quam vi-
num fulvum ac tenue. Calfaciens autem medicamen-
tum ore summendum, præstantissimum diacala-
minthes existit. Cuius parandi modum eo ipso ca-
pite Galenus adducit: atque in eius laudem hæc pro-
rumpit. Verum ad ea quæ nunc agimus, omnium
quæ mihi cognita sunt, optimum medicamentum
est diacalaminthes. Nam & crassa lentaque atten-
uat, & per halitum educit, & vrinas mouet, & mu-
lieribus menses. Offerendum ergo erit eadem qua
diatrion piperon quantitate: non tamen simili oc-
casione:

catione; siquidem post cibum medicamentum nul-
 lum, quod ad vehementiorē faciat distributionem
 summi debet. Non enim tunc distribui, sed conco-
 qui, quæ assumpta sunt, uile est. Sed postquā eius
 modi præfidijs, dictorum crudorum ac pituitoso-
 rum humorum coctionē sufficiēter molierimus;
 obiterque, in hoc perficiendo opere, tum magna
 quæpiam ipsorum pars in corporis alimoniam
 assumpta sit, tum haud exigua alia, partim per uri-
 nas, partim per transpirationem, sit expulsa, tunc
 quidem reliqua, quæ eorundem iam coctorum
 succorum portio superflua in corpore manet, (ut
 alteram etiam horum crudorum humorum sana-
 tionem haud obliuiscamur) & per halitum educi
 ci & phlegmagogo pharmaco per ventrem eua-
 cuari postulat. Per halitum quidem (tamquam
 per magis conuenientem regionem) ubi prope cor-
 poris habitum consimiles existunt succi, per ven-
 trem verò, tum ubi plurima eorum sit copia, tum
 ubi in vasis iecori propinquieribus insunt. Sed
 operi huic phlegmagoga ea ex usu sunt medica-
 menta, quæ in curatione humidæ uteri intempe-
 raturæ in superioribus adduximus. Ad illud verò
 opus ambientis calidi electio, exercitatio, aquæ ca-
 lide balneum, atque cutis frictio & inunctio summe
 utique conducunt. Sed exercitium, viribus pariter
 attentis, pro temporis anni, & consuetudinis ratio-
 ne, institui conuenit. Motus enim ille, qui in foemi-
 nis, quibus validæ vires insunt, exercitij nomen nō
 dum meretur, difficulter equidem ab imbecilibus
 accidet sustineri. Rursus qui motus insuetis sudorē

mouet, assuetis certe calorem vix excitare sæpius videbis : tamen si respiratio in magnitudinem & frequentiam (quemadmodum ad exercitium exposcitur) immutata fuerit . In estate præterea , leuius quàm temporibus alijs , sufficit exercitium . Tempus enim istud calore externas afficit partes , cutis perspiracula laxat , rarefacit atque sudorem ellicit . Quæ quidem omnia exercitij munia existunt : cuius vicem æstiuum tempus eandem causa haud minimum supplet . At hiems contrariio se habet modo , ideoq; maiori multo & laboriosiori motu tempore hoc ad exercitium est opus .

Quod si redundans melancholicus succus, sanguini admixtus, seminis generationi materiã præstando, ipsum semen frigidum ac subinde in fecundũ, reddiderit: eiusdem profecto succi, tum vbertate semota, tum noua (quæ prætermodum sit copiosa) generatione impedita, curatio peragenda est . Qui igitur in vniuerso corpore, sanguini permixtus, melancholicus exuperat humor (docete Galeno lib. 3. de locis affect. capit. 7.) curationis initium à sanguinis detractioe summi postulat . Seccare autem (non secus ac in quartanarijs , libr. primo de art. cura. ad Glauc. ipse consulit) inter nam sinistri cubiti venam rectius erit , aut saltem mediam . A sanguinis verò missione, melancholici succi redundantia, debita præparatione præmissa, euacuari postulat . Quod sanè opus eisdem modo , ac medicamentis perfici debet : ac in curatione solatæ in vtero continuitatis , quàm bilis atra excitauit , dictum reliquimus .

*Huius sac-
ci redundã
tis dignotio
fol. 34. c.
35.*

Quo pariter in loco, nouæ eiusdem humoris inhibe-
 bende generationis methodus adducta manet. Quo
 fit vt eadem nunc repetere superuacaneum putem.
 Ad aliud igitur profligandum seminis vitium acce-
 dere opportunum erit. Calida seminis intempera-
 tura, quæ a testium caliditate ortum desumit, eam
 methodum, ad sui curationem, quod emulemur, ex-
 poscit, quæ in curatione vteri, consimile intempera-
 mentum patientis, in superioribus vsumus. Testes
 enim infrigidare studens, vereri debet, ne frigi-
 dorum vñ in membris, quæ mediocriter calant, fri-
 gidam ægritudinem excitet. Sicque quemadmodum
 dum immaterialem vteri calidam intemperaturam
 (ob rationes ibidem adductas) solis, refrigerante vi-
 ctus ratione & localibus infrigidantibus auxilijs o-
 portere corrigi diximus; ita etiam testibus præter
 modum, sine humoris affluxu, calidis, quoad fieri
 possit sola refrigerante victus ratione (quàm eo ip-
 so loco requireres) topicisque refrigerantibus medi-
 camentis subuenire expedit. Hæc tamen (non se-
 cus ac in curatione frigidi testium intemperamenti
 dictum manet) eum frigiditatis gradum fortiri mi-
 nime debent, quem testium exigit caloris excessus.
 Aliàs enim, quod intensè calidos testes in frigida-
 ret, vicinis certe membris haud leui frigore afficer-
 ret. Longo igitur spatio moderate refrigerantibus
 vti oportet, cum nimis calidos testes infrigidare vo-
 lumus. Quod sanè opus moderate frigidis, fomen-
 tis, vnguentis & emplastris, è testium regione ad mo-
 ris turo, exequemur. Vtile ergo fomentum fiet, ex
 rosarum, mercurialis & vmbilici veneris decocto,

per paucos

perpaucosanthalorū puluere addito. Nec inuilius erit si ex bino rubro austero confimile decoctū paratur. Afoctu vero vnguenti refrigerantis Galeni vsus maximè præstauit. Rosaceum etiam, alicui santhalorū pulueri admistū, ad id satis cōduet. Quod si remedio, quod particulæ ipsi tenaciter hæreat, in emplastri videlicet forma, vii vellimus, aptissimè equidem emplastrum hydrae leū Galeni (quod ex oleo, litargirio, & aqua paratur) ad moveri valet.

Quod si à materiali, ex qua conficitur causa, caliditatis excessum, atque hinc fecunditatis defectū semen obtineat: quia nimirum biliosi, serosi ve falsi succi maximam materiæ partem ad eius generationem præstent: istius equidem vitij correctio per horum succorum euacuationem, pariterque, ne de nouò generentur, precautionem, peragi debet. Cū igitur cachochymiam, vbi redundant, eius modi constituent humores, per medicamentum expurgans vacuari postulabunt. At qui sero si falsi existūt non secus, nec alijs medicamentis purgari desiderant, ac incuratione humidæ vteri intemperaturæ aquosos succos euacuandos esse diximus. Adhæc & victus ratio, ijs, quibus con similes humores exuperant oportuna eo ipso loco adducta manet, atque idcirco quæ dicta iam sunt repetere haud quaquā licebit. Quæ etiam de causa medicamenta, quibus biliosos oporteat purgare humores in hoc loco tradidere necessum minime est: nec dum, vbi redundant, debitam victus institutionem: quandoquidē in vlcerū vteri medicatione, superius adducta, de omnibus ijs sufficienter egimus. Hoc tamen vnum

hac in re aduertisse oportet: biliosi nimirum succi, ibi
 de traddita, ad purgationē preparatio haud semper
 necessaria esse. Nō enim, nisi dūm erodēt ipse hu-
 mor qualitatē possidet, mitigatione aget. Quo fit
 ut, ubi bilis naturalis est, solaq; quantitate peccat, si
 viæ impeditæ non sint, protinus nulla præcedente
 præparatione enacuari debeat. Verū non sat est su-
 perantis humoris vacuationē moliri, ni eiusdē no-
 uā in corpore coaceruationem impediamus. Quā-
 obre ubi, biliosum succum cotidie in corpore cu-
 mulari, nobis constiterit, huius rei causas, quod auf-
 feramus est opus. Sunt autē hæc hæc patis calida in-
 tēperatura, quæ nō sit adeo magna ut atrabiliarios
 generet succos, & rerū non naturalium vsus qui cal-
 facere & exficcare habeat. Quicquidē biliosos ha-
 bet coaceruare humores, si, qui assumuntur, cibi cali-
 di sint & sicci: cuius generis allia, aromata, cepe por-
 ri & synapi existunt. Vinū itē generolum potens &
 meracū biliosos gignit succos. Idē etiā valet vinū
 dulce quia crassum sit, ac difficile distribuatur, cu-
 ius occasione ex dulcibus à calore extenuatis, per
 terrei exustionē, amaritudo insurgit. Vigiliæ item,
 iræ, vehemens corporis motus, ambiens calidus &
 nimius veneris vsus bilē progignūt. Quando igitur
 ex addoctis his, aliquo in non naturalibus rebus
 errore cōmisso, cotidianus in corpore bilis prouē-
 tus longius procedit, eis ipsis rebus debite institutis,
 facile id corrigitur vitiū. Quod sanē opus perficere
 mus, si in frigidatē & humectantē, cibo, ac potu, vitā
 mure, somnus item longius sit, & exercitium me-
 diocre, ira & nimia Venus vitentur: atque aeris ea

elligatur temperatura quæ ad frigus, & humiditatem inclinet. Quod si à calido hepate bilis cotidiana exuberantia originem ducat, tametsi huius visceris sanitas, per contrariæ qualitatis attemperatorem comparanda sit: id tamen ita agere expedit, ut tum eiusdem roboris astringentiũ (tam intus susceptorum quàm extrinsecus appositorum) usu tueamur: tum calorem valde refrigerantibus minimè imbicillem reddamus. Quibus etiam, ut accedat, requiritur abstergentium, ac de obstruentium medicamentorum usus. Iecoris enim excedens caliditas nimie existit attractionis causa: cuius occasione nondum cocti cibi ad eiusdem visceris venas perrepant. Quas equidem ideo haud minimum obstrui necessariò evenit. Sed, quibus hæc omnia peragi debeant medicamentis, nunc dicere ab hac tractatione est alienũ: sicq; eadẽ in præsentia silere rationi decuit. Nec de ijs, quæ falsum serosũ succũ cõgerere in corpore habet, nũc agere necessum est, si de eis ipsis dũ vteri vlcera medicati sumus, quoad huius libelli institutũ ansã præbet, sermonẽ fecim⁹.

Quod si ab humiditate aut siccitate immodicis, semẽ infœcundũ reddatur, tametsi siccare aut humefieri, prout diuersa huius, aut illius vincetis qualitatis natura postulet: Frigidis tamen aut calidis ad sui sanationem medicamentis æget. Siccæ enim & humidæ seminis intemperantiæ, quæ generationi officiant, à calidis & frigidis causis originem ducunt: non quidem tantũ humoralibus, quæ seminis generationi materiam suppeditarunt, sed efficientibus, ipsa nimirum vassa seminalia;

frigidis aut calidis laborantia intemperaturis. At testium enim excedente calore siccum, ac subinde crassius quam par sit, generatur semen: non secus ac ab ipsorum immodico frigore humidum, crudum & aquosum. Quo profecto fit ut humidæ & siccæ seminis intemperantiæ eiusdem prorsus curationibus gaudeant, quæ tûm ad medicandos testes calore & frigore intemperatos, tûm ad corrigendas in semine, dùm ab huius materiali causa proveniunt, calidas & frigidas intemperantias, adductæ in hoc capite manent.

diagnosio.
fol. 31.

Mordax item seminis qualitas, sterilem concubitus reddens, ubi, a consimilibus calidis, provenit causis, easdem cum dictis his curationes prorsus exigit. At cum à testium hæc immodico calore, sed in seipsum semen diu agente mordax ipsi succrescit qualitas; ac sterilitas ex eo insurgit, per frequentiore[m] veneris usum; ac simul per ea quæ serofo medentur sanguini, curari desiderant.

diagnosio.
fol. 33.

A semine præterea putredinis aut Gallici affectus labe inquinato infœcunditas oriri solet. Quæ sanè dùm à putredine nascitur perfectè utique profligabitur si semen iam putridum ex cernatur; pariterque, quæ ipsum putrefacit, causa inhibeatur. Putridi autem seminis excretio venericorum usu perficitur. Qui quidem, ubi crebrior sit, putredinè quoque inhibebit. quâdoquidem hæc à longa ipsius seminis retentione ortum sumplerint. Vitium verò, quod à Gallicæ affectionis labe semen interdû suscipere euenit, Gallicum ipsum curare morbum ad sui correctionem postulat. Quod equidè opus nunc
quia

quia ab hoc opusculo fit alienum, ut aliunde petatur, missum facimus.

Deniq; quum semē im prolificum reditur, quia occulta, ac venenosa inficiatur qualitate; hanc, eiusdem causa perpenſa, delere nitemur. Atquē, ubi à testibus, immodice intemperatis, conſimili perniciē ipſum afficiatur; ſi pro intemperantiæ natura, traddito iam modo, curatio adhibeatur, correptionem penitus accipiet; ubi verò ab eius corruptione, quā nimia veneris abſtinentia producat, id vitium ſemen obtineat; eodem excreto, ac ſimul (nè de, nuò inquinetur) de frequentiori venereorum uſu, coniuge munito, is moneri valebit. At ubi obſeminalium vaſſorum veneficum vitium (ſive ab internis ſive ab externis cauſis proveniat) eadem venenosa in ſemine qualitas vigeat: debitis alexihparmaeis, tam intra corpus ſulceptis, quàm exteris ē reſtium regione admotis, proſtiganda erit. Quibus tantum partibus in omnibus qui veneficum patiuntur affectum per topica alexiteria ſubueniendum eſſe minime intelligo. Quippe, ubi à venenis in corpore genitis, au ab extrinſeco ei occurrentibus aliquis afficiatur, cordi alijsq; præcipuis membris neceſſum eſſe opitolari, inficiari non decet. Non autem eos in præſentia curare inſtituo, quibus venefica viſ mortis periculum minatur; ſed eos tantum, quorū ſeminaria vaſa, eodem vitio inquinata, venenosa, atq; hinc im prolificum ſemen generare habent. In quibus ſanè medendis expendendum, antè cætera, eſt; ſolus nè eiufmodi venenofus affectus in corpore inſit, an plenitudo cachocymia

ve in corpore adsit. Nā ubi his ipse committeretur ab earum amotione curatio est aggredienda. Quo autem modo id peragi debeat, dictum in superioribus manet. Animaduersione quoque eget, nūm venenūm abdita tantum, an pariter manifesta qualitate nocuerit; vt si hoc eueniat aduersus manifestam etiam qualitatem pugnemus, (vt Galenus consulit lib. 5. de simp. med. fac. cap. 8. Quod si (quando nimirum venenata qualitas ab externis oritur causis) qualis fuerit veneni natura de præhēdi possemus; id utique valde ad faciliorem profligationē conducere. Etenim alexipharmaca extant, quæ peculiari dote certis veneficis passionibus aduersantur, quorū vſu longè profecto maiorē, quā aliorū futuræ sanitatis fiduciam obtinebimus. At cūm peculiaris venenorum fors (quod ipsa occultè temper adhibeantur) vt plurimūm nobis sit ignota; ideo equidem cogimur tantum communibus omni veneno alexipharmacis vti. Quam plurima enim alexipharmaca inueniuntur, quæ omnibus venenatis morbis communia sunt: quāmlibet, quæ venenatam qualitatem opugnant, expellunt, alterant, & refringant. Quorum nonnulla certis aliquibus partibus peculiariter opitulantur. Vt enim inter venenata, quædam vni cuiuspiam particule præcipuè aduersantur (lepus quidem marinum pulmōni, & cantharides renibus ac vesicæ insensa sunt) ita & in alexitheriorum genere aliqua existunt, quæ certis aliquibus partibus propriè subueniunt. Cuius euentus, sicut illorum antipathia, sic horum sympathia in causa est. Constat igitur ex his, post

quā

quàm plenitudini cacoehymiaequè (vbi ad sint)
prouisum sit, oportere quidem saltem alexiphar-
macis ijs, quæ omnibus venenatis succurrunt, tam
ore sumptis, quàm exterius ad motis, venenatam
vasorum seminalium qualitatem extirpare. Re-
ctius tamen id exequemur opus, si, vbi inueniri va-
lent, ijs uteremur præsidijs quæ eiusmodi partibus
opem ferre specialiter habent: atquè, vbi manifestè
etiam qualitatis vitium venenosum comitetur, ad-
uersus hanc pariter pugnemus. Antecætera ta-
men aduersus venenatum vitium victus ratio in
hunc modum instituenda est. Aer lucidus, & ab om-
nibus sordibus purus elligatur: ac nisi in foeminis,
quibus uterinus affectus à suauibus insurgit odo-
ribus, ex his ipsis ambiens præparetur. Vigiliæ som-
no sint longiores. Quies, tristitia, ira, & curæ vit-
tentur. Alius arte vel natura sit laxa. Cibus abun-
dè summatur, qui boni multiquè succi ac facili co-
ctionis existat. Cuius naturæ carnes sunt Gallina-
rum, caponum, pullorum, perdicum, & turdorum;
assæ, aut ellixæ: cum eis quæ mentham cæpas, & al-
lia simul ellixari, atquè huiusmodi iure uti, ma-
ximè præstabit. Potus propinandus vinum
album erit, aqua, in qua scorchioneræ, radix
bullierit, dilutum. Hac victus ratione præmes-
sa ad alexipharmaca ea veniendum (vbi de vene-
ni natura non constet) quæ ignota adhuc eius spe-
cie cuilibet veneni sorti generaliter aduersan-
tur. Eiusmodi autem naturæ existunt, the-
riaca; Mitridatum, aqua theriacalis, vnicor-
nu, lapis bezoarticus, terra lemnia, os de cor-

Decurrit. Steril.

de cerbi, calamentum, origanum scor-
dium, aristolochia, angelica, salvia, semen ci-
tri, scorchiomera, assa foetida, castoreum, al-
lium, caepe, chamedris, brionia, gentiana, ruta, tor-
mentilla, vaccæ lauri, cidonia, dictamnium creti-
cum, & oxalis. Horum ergo, ubi venenosæ affe-
ctioni caliditas accedat, oxalis & cidonia cum ter-
ra lemnia ex usu erunt: ubi frigiditas, theriaca mi-
tridatum, angelica, assa foetida, & salvia: ubi siccitas
scorchioneræ radices cum humano lacte &
borraginis succo: ubi verò humiditas, unicornu, os
de corde cerui, lapis bezoarticus, & semen citri cū
scordij, aristolochiæ, tormentillæ & origani deco-
cto. Quod si aliqua extent, quæ peculiari dote hæ-
sæ particulæ consimile subsidium præstare habeant;
ea utique colligemus. Qua sanè vi (ut opinor) sal-
via gaudet. Hanc enim speciali virtute foeminas
fecundas reddere fertur: atque hinc ergo, si quid ip-
sa venenosis medetur affectibus, opus illud ex eo ef-
ficere suspicor, quod alexitheria sua facultate abdi-
tas sterilitatis causas removere sit apta. Hoc etiam
ipsum de assa foetida dicendum esse cogito: quan-
do quidem inuenitur in ea, ultra alexipharmacami-
vim, quædam cum generationis membris sym-
pathia: cuius specimen ex illa abdita capitur vi, quam
eisdem partibus, ad venereos perficiendos actus, ip-
sam assam foetidam in partiri, pro cōperto habetur.
Nec huius effectus causam aliā ab occulta assignan-
dam esse, rationi congruit. Non enim ut calida, aut
quia feminis spiritus ve flatuosi generationi opitu-
lerut, assa foetida dictū præstat subsidium. Quippe
si ut

si ut calida id efficere nata esset, omnia profecto, in quibus æqualis ipsi calor in esset, eadem etiā virtute pollerent. Cuius contrarium oculata compressimus fide. Præterea si generando semini, manifesta virtute, ea ipsa opem ferret, id quidem (ut ex Galeno constat lib. 5. de sim. med. fac. cap. 23.) vel ut alimentum, vel ut medicamentum efficere teneretur; non utique primò operatur modo, cum & flatuosa, & venè nutrire, totisq; substantijs familiaris (spirituosæ nimirum, carnosæ & solidæ) esse deberet: quod quidem nemò probabit: quin immò aput aliquos venenosa habetur. Ut medicamentū autem opus id minime exequitur, quia (eodem docente Galeno, loco citato) calida & flatuosa, absq; disiccatione, ad semen provocandum medicamenta esse desiderant. Quæ enim resiccant (ut Galeni verbis utar) prorsum ne esse quidem semen permittunt, etiam si calida sint natura, velut ruta. Cū ergo assa foetida (si Lacunę credimus) tertio adhuc gradu resiccet; ac præter id (ut euestigio ostendam) flatuosa non sit; semen ut medicamentum minime provocabit. Deniquè flatuosis procreandis spiritibus haud quaquam opitulatur; etenim cum duplex tantum causa pro flatibus generandis assignanda veniat; efficiens scilicet, & materialis, sitque illa membrorum, calidi vè innati debilitas, sit profecto, ut altera (nempe materialis) ab ijs quæ offeruntur sola præstari valeat. At materiam, quæ ex se inflatus converti habeat, nullam Galenus comperuit, nisi illam in qua crassa extremitia ve humiditas in sit. sicque lib. 3. de sympt. caus. c. 2. flatus generationem

ex succis cibis ve pituitosis fieri docet. Quam etiā
 ex eiusdem naturę humoribus provenire refert
 lib. 12. metho. cap. vltimo; ac lib. 14. metho. cap. 7.
 & libr. 9. de comp. medic. secund. loc. cap. 9. & alijs
 mille in locis. In medicamentis item flatuosam,
 ac subinde venerem concitandi virtutem, per ex-
 crementitiam humiditatem Galenus explora-
 tur. Ipse enim libr. 8. de simp. med. facul. cap. de
 orchide, seu testiculo canis, ex duabus satirio-
 nis speciebus, ibidem adductis, alteram, quia di-
 sta humiditate velet, flatuosam esse epotâquē ve-
 nerem excitare; alteram verô è contra, quia ad
 siccus eius temperamentum vergat, non modo ad
 coitum non stimulare, verum ipsum prohibere
 scribit. Atquē ea ipsa ratione vtens, eodem libr.
 cap. de satirione, triphyllo nuncupato, herbâ hanc
 quod excrementitia humiditate abundet, & fla-
 tuosam esse, & ad venerem incitare dicit. Con-
 stat igitur iam nullam materiam flatuosam esse di-
 cendam, dummodo eandem crassa excrementitia
 ve humiditate carere accadat. Quo fit vt siquidem
 assa foetida (quia siccissima sit) eadem humida-
 te prorsus careat; flatuosa haud quaquâ haberi de-
 beat. Nec huic aduersatur veritati, quod à Galeno
 libr. 8. de simp. met. fac. c. de silphio, seu la serpicio,
 adduci potest; vbi huius plantæ liquorem flatulen-
 tæ essentia esse fatetur, alium enim silphij liquorē
 seu cyrenaicum ab assa foetida esse, ei proculdubio
 constabit, qui rem hâc diligenter examinet. Quip-
 pe apud Auicená, lib. 2. tract. 2. cap. 5. duas esse as-
 sę species, inter se diuersas, inuenimus: foetidam sci-
 licet